

LIBER SEPTIMUS

PARS PRIMA

DE PECCATIS IN GENERE.

PECCATUM IN GENERE.

Peccator.
Peccator inveteratus, obstinatus, &c.
Peccatum originale.
Peccatum veniale.
Peccatum jam semel remissum.
Peccatum omissionis.
Peccati effectus.
Mala conscientia.
Mala consuetudo.
Relapsus in pristina peccata.
Excusationes peccati.
Concupiscentia.
Tentationes demonis.
Naturae fragilitas.
Malum exemplum.
Aliorum hominum inhumanitas.
Status & officium.
Vitia.
Chorea.
Pericula seu incitamenta peccati.
Mala occasio.
Mala Societas.
Consortium cum muliere.
Concupiscentia.
Curiositas vitiosa.
Malum exemplum.
Respectus humanus.
Securitas & impunitas.
Egestas & abundantia opum.

Pars II.

PECCATA CONTRA VIRTUTES THEOLOGICAS, & CARDINALES.

PECCATA CONTRA FIDEM.

Apostasia.
Blasphemia.
Dubitationes in fide.
Heresi, Heretici.
Idololatria.
Ignorantia Mysteriorum fidei.
Judicium, Judici.
Juramenta.
Perjurium.
Perfidia contra pacem.
Irreverentia in templo.
Mala observatio Festorum.
Superstitiones.
Veneficia.

PECCATA CONTRA SPEM.

Presumptio de Misericordia Dei.
Desperatio.
Presumptio de suis viribus.
Procrastinatio penitentie.

PECCATA CONTRA CARITATEM.

Adulatio.
Judicium temerarium.
Scandalum.

PECCATA CONTRA VIRTUTES CARDINALES.

Furtum.
Detentio rei alienae.
Falsum testimonium.
Mendacium. Inconstantia.
Ingratitudo.

Pars III.

PECCATA ALIENA.

SUADERE PECCATUM.
DERIDERE VIRTUTEM.
MANDARE PECCATUM.
LAUDARE PECCATUM.
DEFENDERE PECCATUM.
GLORIANI DE PECCATO.
CONNIVERE PECCATUM.
IRRITARE AD PECCATUM.
TACERE PECCATUM.
CONSENTIRE SEU PARTICIPARE DE PECCATO.

Pars IV.

PECCATA CAPITALIA CUM SUIS FILIABUS.

SUPERBIA.
Ambitio.
Amor proprius.
Obstinatio Judicii.
Voluntas propria.
Hypocrisis. Vana gloria.
AVARITIA.
Dicitio. Pecunia.
Immisericordia in pauperes.
Fraudulencia in contrahibus, officio &c.
Defraudatio Decimarum.
Defraudatio Mercenariorum.
Lusus.

LUXU-

LUXURIA.

Adulterium.
Cogitationes impure.
Familiaritas utriusque sexus.
Lasciva colloquia.
Cantus lascivi. Libri lascivi.
Lascivus habitus.
Lascive Picturae.
Comedie obscene.

INVIDIA.

Detractio, diffamatio.
Surratio.

GULA.

Ebrietas.
Convivia.
Garrulitas, Multiloquium.
Vinum.

IRA.

Inimicitia, Vindicta cupiditas.
Rixa, discordia.
Homicidium.

ACEDIA.

Otium.
Tepiditas.

PARS PRIMA.

DE PECCATIS.

PECCATUM IN GENERE.

1. Quid sit? per definitiones conglobatas.

Peccatum est summa inhumanitas erga Deum, qua homo creaturæ faciem, tergum creatori obvertit: qua creaturam prahabet creatori: qua contemnit summum bonum intuitu vilis rei: qua seditiose se opponit omnipotenti, eumque caelesti corona spoliare contendit. Peccatum est intolerabilis temeritas, qua homo se extollit contra Divinum Legislatores, ejusque legem pedibus calcat: imaginem Dei ex anima eliminat, sanguinem Christi vilipendit, minas, penamque Divini Judicis non curat, &c. B. Serm. 29. num. 22.

Peccatum, a Jeba B. Jordanus ex Ordine Sancti Dominici, est porta inferni: sicut igitur facile fit, ut ille, qui frequenter ad portam domus confidet, demum ipsam domum ingrediat: ita qui frequenter peccatum committit, demum ipsum infernum intrabit. D. 3. 52.

Peccatum est injuria, quæ a creatura altissima Dei Majestati inferitur: est abyssus deformitatis sine fundo, est pelagus iniquitatis sine littore, &c. P. p. 3. dif. I. n. 4.

Peccatum est aversio a Deo, & conversio ad creaturas, duo mala fecit populus, me dereliquerunt fontem aque vive, & foderunt sibi cisternas dissipatas, &c. Segn. Manna 9. Aug. n. 1.

Peccatum dicitur nihilum, quia peccator latatur in renihili, id est, in creatura, quam creatori anteponit, & animam privat Deo, qui est omnia, &c. C. Amos c. 6. v. 14.

Ortum suum trahit ex variis causis: nimirum causas intrinsecas habet Voluntatem, Intellectum, Passionem, Imaginationem, habitum pravum, ignorantiam, & adum alterius peccati; sic ex superbia rixæ, ex avaritia facta generantur, &c. C. in Jac. 1. v. 14.

2. Solum vere malum est; quia offensa Dei.

Mundus paupertatem, morbos, perfectiones malum vocat: sed errat; quia hæc omnia possunt esse promotio ad æternam felicitatem. Solum peccatum me privat vero bono, nimirum Deo. B. Ser. 5. num. 7. 8. seq.

Cetera mala omnia sunt mala creaturarum, sed peccatum est vere malum Dei, quia est contemptus Dei. Quæz forte, quid ergo nocet Deo? Quæro ego vicissim, quid ergo potes amplius nocentem afferre Deo, quam illum contemnere? Non potes turbare ejus pacem, qua fruitur, non potes tollere ejus potentiam, minuere providentiam, aut thronum ejus evertere: Si peccaveris quid ei noceris? Job. 35. Quidquid facere ei potes mali, consistit in contemptu. Et hoc est, quod in peccato maxime prohibet Deus, &c. Segn. Manna 7. April. num. 5.

Nemo dicat: non cupio offendere Deum peccato, sed tantum satisfacere voluptati: nam offensa & contemptus alius est directus, alius indirectus. Qui seminat prostratum pudoris ducit, injuriam inferi familit, etsi injuriam illi inferre non velit, sed tantum uxorem ducere, ita in peccato inseparabilia sunt, Deum offendere,

dere, & suam voluptatem implere. Segn. Hom. Chr. p. 2. disc. 1. §. 3. n. 20.

Atque hoc revera unicum sit nostrum motivum fugiendi peccata: aliquid fugiunt ob damnum temporale tantum. Non ita peccatum fugiendum est, quia malum infinitum; ideo Deus Adamo legem rem prohibuit, ut non fugeret peccatum propter gravitatem materię, sed propter offensam Dei. P. p. 2. dif. 1. n. 18. & 19.

Solum peccatum excludit nos e celo: non ita excludit natalium ignobilitas; quia etiam Rustici recipiuntur; non excludit miseria; quia etiam claudis, luseis, leprosis celum patet, &c. Solum peccatum excludit. P. p. 2. disc. 19. n. 14. in fine.

3. Publicum causas publicas calamitates.

Publicum peccatum publicas calamitates est causa, ait Sanchez.

David adulter misericordiam consequitur, Abalon vero ingressus ad concubinas Paris sui punitur: Quare? quia ingressus est ad concubinas Paris sui coram universo Israel, &c. B. Serm. 63. n. 12.

Ratio autem est; quia peccatum publicum provocat peccantium audaciam, eosque in malo facit effrontes: multi sunt peccatores, qui certe propter motiva supernaturalia non abstinent a peccato, sed pure propter naturalia, uti infamiam & amorem honestatis: Quid autem agit peccatum publicum? tollit hoc repagulum infamie, quia quod publice fit, vix amplius turpe esse censetur, & sic propagat malicia, & justitia Divina irritatur ad ultionem, & ingerenda supplicia.

Multe civitates, & republice perierunt, sed perierunt tunc, cum malicia transiit in mores populi. D. 20. 59.

S. Gregorius ait: Illud verum est aperte desperationis indicium, si verecundia non sequitur peccatum. Si verecundia peccato auferatur, succedit impudentia, & quilibet audiendi libido, quę est proximus gradus ad interitum. C. Jerem. 3. vers. 3.

Job 34. Job ait de Deo, qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.

Eccl. 10. 3. Et Isaias: Dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis. Exemplum est Phocas Imperator, de quo Deus sancto Monacho dixit: Dedi illum populo, quia non invenii peiorem. Item Angelus dixit hypocritę Episcopo: Non ideo factus es Episcopus, quia dignus eres sacerdotio? sed quia civitas tali dignus erat Episcopo! C. Jerem. 25. v. 9. &c. Hac ea-

dem forsitan causa est, quod mali Principes diu vivant, boni autem & utiles rectores prematura morte abripiantur.

4. Peccatum continet multiplicem malitiam.

Primo: Amat creaturas pre creatore. B. Serm. 3. n. 26.

2. Abutitur creaturis ad suam perniciem, quę deberent esse ad salutem. B. Serm. 3. n. 40. seq.

3. Calcar pedibus legem Christi. B. Serm. 4. n. 8. 30. & 32.

4. Invehit mala maxima, & plagas universales in mundum. B. Serm. 38. n. 2. 3. Serm. 45. n. 15. 16.

5. Armatur contra Deum summum suum benefactorem. B. Serm. 4. n. 11. 12.

6. Deum perimit, quantum est in se. B. Serm. 4. n. 13. 20.

7. Abutitur beneficiis Dei contra Deum. B. Serm. 4. n. 15. 16. Serm. 22. n. 15. Serm. 85. n. 12. S. punct. 156. fol. 506.

8. Abutitur ipso Deo contra Deum. B. Serm. 4. n. 18. 28.

9. Renuntiat celestibus bonis, ac ipsi Deo. B. Serm. 5. n. 49. 50. Serm. 19. n. 12.

10. Animam involvit tenebris, illic admittit lumen gratię, quam extinguit. C. 7. Joan. c. 1. v. 6.

11. Maxime sunt quinque malitię peccati. 1. Quod fit contra rectam rationem, seu naturam rationalem. 2. Quod fit contra hanc vel illam virtutem particulari v. g. superbia contra humilitatem.

3. Quod afficiat peccatorem damnis temporalibus v. g. infamia, morbo, &c.

4. Quod fit malum Dei, contrarium eius honoris. 5. Quod privet vita aeterna, & addicat illum penis sempiternis. C. in Jerem. 2. initio capituli.

12. Peccatum est fons omnium malorum. 2. Est majus malum, quam omnia alia mala. 3. Est Deicidium, quia unicuique pugio, quo Deus occideretur, si mori posset. 4. Est Christicidium; oportuit magis Dei Filium tam indigna pari, quam peccatum manere inultum. 5. Peccatum nullo bono creato compensari potest, &c. C. in Jerem. 2. ubi supra.

5. Post Passionem Christi gravius.

S. Paulus ait, Christum mortuum esse pro precedentibus peccatis: quia impossibile judicavit hominem peccatum post mortem Christi: Quis post tale spectaculum peccare non formidet? Ait S. Thomas Villanova. B. Serm. 4. n. 28.

Rom. 3.

Them. de

Philan.

Serm. 3.

Advent.

Ec-

Ecclesia lanceam vocat, diram, clavos auferet, quia lancea mortuum, clavi vivum faciuntur. B. Serm. 4. n. 31. S. punct. 261.

S. Augustinus ait: Postquam me intellexi tam pretioso sanguine redemptum, nolui me amplius exhibere venalem. S. punct. 1. fol. 533. Vide Titulum Passio Christi & S. punct. 153. punct. 161. per totum. Item Tit. Luxuria. Devitari debet ex motivo Passionis Christi.

Quis si unus unicus homo a Christo redemptus esset, & ille idem peccaminose viveret, quid dicerent ceteri homines! an minus putatis vos Deo obstrictos, cum ille una cum vobis etiam alios redemit, &c. P. p. 2. dif. 2. n. 17.

Dicite, si quis vobis auferre vellet, quod paulo ante emisit, nonne de hac injuria ad iudicem essetis appellaturi? quanta ergo injuria est, qua homo fe Deo, a quo redemptus est, per peccatum vult

subtrahere? An nescitis, quia non estis vestri? &c. P. p. 2. dif. 2. n. 19.

S. Marcus Paulus ait, Christum fuisse mortuum pro precedentibus peccatis, quia non judicabit fieri posse, ut post crudelē crucifixionis spectaculum adhuc aliquis peccaret. B. Serm. 4. n. 28.

Sanguis Christi quasi conqueritur: Velut aqua effusus sum, nimirum propter contemptum. S. punct. 27. fol. 693.

Joseph carius venditur, quam Christus, & tamen puer erat, non Vir, nec ad mortem, sed ad servitutem, ille petrus ad emptoribus, hic ultro a Juda exclamatur, ille pro certo pretio taxatur, hic pro nullo: Quid vultis mihi dare? Sanctus Prosper ait: Venditur Christus in Joseph, ante legem, in Sansone sub lege, a Jeda sub gratia. S. punct. 1. fol. 531.

Non tantum contemnit passionem, sed de novo crucifigit Christum, teste Apostolo: Rursus crucifigentes Filium Dei.

Christus plus per peccatum, quam per crucifixionem occisus est; qui ergo de novo consentit in crucifixionem Christi. Si peccatis fuisset, dum Pilatus interrogabatur, quid faciendum de Christo? Nonne Barrabam condemnasset? Quid autem loquuntur tua opera? Quid aliud est tua voluntas, quam Barrabas? Quid aliud lex Dei quam Christus? eligendo ergo voluptatem elamas crucifige! B. Serm. 4. n. 33. 34.

6. Si vere cognoscitur, non committitur.

Qui peccatum agnoverunt, impossibile judicantur illud committere: qui vero

post peccatum illud cognoverunt, sine mora poenitenturunt: primi generis sunt Josephus, Susanna, Machabai, S. Paulus, primi Christiani, Sanctus Anselmus, qui maluit sine peccato damnari, quam cum peccato salvari. Secundi generis sunt David, Magdalena, Maria Aegyptiaca, Thais, &c. B. Serm. 5. n. 1. 2.

Hunc in finem Deus peccatoribus agit per meras interrogaciones: Adam ubi es? Cain ubi es frater tuus? B. Serm. 5. n. 4. Serm. 22. §. 3. Serm. 58. n. 1. M. conc. 29. aff. 1. n. 13.

S. Catharina Genueusis dicere solebat, si posset toti mundo deformitatem peccati monstrare ea ratione, qua ipsa eandem cognosceret, vel se omnia subire supplicia. Indubitanter enim tenebat, tunc fieri non amplius posse peccatum. P. p. 2. dif. 1. n. 17.

Rudis quidam pastorculus, dum in stabulo jacere videt ova Basilicę, induci non potest, ut ea distingrat, imo paraminum albedine delectatur: dum contra in schola natura peritus non semel, sed saepius pedibus proterit, ita ut committendo videatur fatari non posse. Ita peccator ignorans peccata sua non aliter quam in cortice intus perfrueri non potest, ut ea abominetur, imo in eis sibi complacet, dum contra alius in schola Christi sancte eruditus illud extreme odit, & persequitur. P. part. 2. dif. 16. num. 22.

S. Maria Ogniatensis semper erat hilaris, sed cum Deum peccato aliquo offensum fuisse audiret, usque ad mortem contristata tam uberes lacrymas fudit, ut excipitatis periculum subiret. Aliquando Urbem Nivelensem transiens, & aliqua scandala vidensalem sentit afflictionem, ut parum abfuerit cor illius disrumpi; quare ut internum dolorem externo superarere accepta novacula plantas pedum, quibus insertam illam terram atigerat, excidit, solumque dein pedes pelle nudatos allisit. P. p. 2. dif. 21. num. 9.

Nullus est, qui agat poenitentiam super peccata sua, dicens quid feci? Si homo rite perpenderet deformitatem, & atrocitatem peccati, dicendo quid feci? certe non tam facile tantum malum committeret. Princeps otiosus & deliciis affuetus non curat rebelles in regno suo: at qui regendis populis intentus est, dux ipse cum exercitu prodit, & nec sumptibus, nec sanguini parcat, donec rebelles compescat. Ita si Christiani delictis vacantes, non curant gravitatem peccati. At si reverę attendant damna peccati, illud opprimere & delere satagunt. P. p. 3. dif. 19. n. 15.

Jerem. 2.

Simic. 2.

Eria.

Tria sunt, quibus licentia peccandi conceditur. 1. Reverentia Dei presentis, & omnia cernentis. 2. Memoria beneficiorum Dei. 3. Timor iudicii Divini. Inuitu horum Sancti parati fuerunt potius mori, quam peccare, ut S. Paulus, S. Ambrosius, S. Chrysostomus, S. Ludovicus, Tobias, Edmundus, Anselmus, & alii. Rufinus dixit Theodosio Imp. se curaturum, ut Ambrosius vincula iniecta laxaret: cui Theodosius: *Novi ego constantiam Ambrosii, & quod nullo regie Majestatis terrore Dei legem transgredietur.* Eodem modo dictum Eudoxie de S. Chrysi. *Frustra illum hominem terres, nihil ille, nisi peccatum times.* C. Gen. 39. v. 9.

7. Gravissimum, quia fit in conspectu Dei.

Differentia inter furem & latronem hæc est, quod ille adhuc aliquam reverentiam Domini habeat, iste autem sine omni respectu aperte in faciem spoliæ: ita peccatum instat latronis impudens est, Deum sub ejus oculis offendit. Et hoc est, quod deplorabat David: *Tibi soli peccavi, & malum coram te feci.* P. p. 2. disc. 1. n. 10. Et quidem peccatum fit ante conspectum iudicis, quanta protervia! Antigonus Rex monuit milites conera se loquentes: *Recedite, Rex audit!* Ita admonendi essent peccatores: *Recedite in angulum, ut specum, qui Divinis oculis non est percipit, &c.* P. p. 2. disc. 1. num. 11.

Quædam bellum sciunt se astute abscondere: Leo vestigia sua in arena delat: Ursus retrogradus in speluncam intrat, ne a venatoribus inventiatur. Solus peccator ita obstruere, ut oculos Dei fugere non discat. P. *ibid.* num. 12.

Certe hæc injuria tam ægre dolet Deo, ut velle, si possit, cedere suam immensitatem, ne omnia peccata intueri cogatur. P. *ibid.* n. 14.

Omnes rebelliones, utur occultæ, gravissimis supplicis puniæ sunt, quid ergo peccatorum mereretur, qui sub conspectu Regis rebellionem adornaret? &c.

8. Est ponderosum gravissime &c. præsertim Christianorum.

Peccatum per undecim celos depressit Luciferum cum sociis in infernum. Navem Jonæ ita demersit, ut navis miserant vasa in mare, ubi Hieronymus: *Non intelligitis esse pondus fugitivi Prophete? Egyptii descenderunt in profundum qua-*

si lapis, suffocati vero iterum superintra- runt aquis: quia tunc a mortuis aberat omnis peccati, quod vivos depresserat. Ait S. Hieronymus. B. *Serm.* 1. n. 30. *Serm.* 18. §. 5. S. puncti. 159. 160.

Grave & onerosum est peccatum, & omni plumbo ponderosum, ait Chrysostomus. S. puncti. 159. seq.

Jonas in infimam navem descendit, quia omne grave tendit deorsum. S. puncti. 159. fol. 514.

Christus in agonia corruit propter pondus peccati, quod in se suscepit. S. puncti. 3. fol. 543.

Petrus in mari mergitur &c. M. conc. 31. aff. 1. n. 5. 6. 7.

Peccatum adeo ponderosum est, ut nos pertrahat usque ad infernum. Paoleiti *Per.* 2. post Dom. 2. Quadr.

Quamquam autem peccatum in se grave sit, est tamen peccatum Christianorum seu Fidelium adhuc gravius, quam Infidelium & hæreticorum: Ad Egyptios, & Assyrios puniendos unicus mittitur Angelus, ad Israelitas puniendos sex mittuntur Angeli. B. *Serm.* 61. num. 26.

Assyrii in terra Israel idololatrantes puniuntur, qui non fuerunt puniti in Babylon. B. *Serm.* 72. n. 20.

Si rusticus in platea offendat nobilem, & questus nostri me? Respondet, novi? merito vapulat. Si neget, impunitus dimittitur: sic cum facillies ab impio Rege missi Eliam capere volentes eum vocaverit, *Homo Dei*, Elias statim fulmina evocavit, & eos peremit. S. puncti. 19. fol. 70.

S. Macarius in eremo ambulans incidit in Calvariam, interrogans eam quis esset aut fuisset? reposuit Calvaria, fuisset gentilem sacrificulum in hoc loco. Ubi defacto esset ipsius anima? in inferno. An ibi etiam inventiatur Christiani? Inventi, sed illos longe profundius in infernalisibus prunis esse demersos. E. *Inferni* n. 4.

Cum navis Christiana in terra ancilla appelleret, Aulicus Nuralini Principis narravit peregrino, Christianos in hac terra viventes adeo fuisse superbos, luxuriosos, & sceleratos, ut Deus illos ex hac regione ejicere deberit. E. *Vestimentum* n. 4.

Crescit insuper hæc gravitas delicti ex eo, quod Infideles visa hæc Christianorum impietate non convertantur: si post frequentata Sacramenta nos non emendandi cernunt, credunt hæc sancta remedia esse inefficaces ceremonias. S. puncti. 107. B. *Serm.* 37. §. 8. Hinc omnes SS. Patres docent, peccatores Christianos puniendos in infernum demergi.

9. Extinguit in anima imaginem, & gratiam Dei.

Sicut fluit cera a facie ignis, sic peccant peccatores. Agnus cere liquefit ad ignem: ita imago Dei in anima disparet apud peccatum. B. *Serm.* 2. num. 30.

S. Augustinus narrat de seipso, quod in Virgilio legens mortem Didonis amare fleverit, & suam ipsius animam peccato mortuam non desererit. Hæc infans est multorum peccatorum, &c. D. 7. 23. in fine.

Insipiens in arte non debet mori, adagium est: igitur gratia Dei nobilissimum operationum principium per peccatum non deberet extingui. P. p. 2. disc. 11. n. 6. seq.

Deus Creator omnes creaturas ex nihilo productas laudavit: *Et vidit quod esset bonum.* Hoc autem laudis epiphonema omisit apud hominem: Quare? quia pravitudo illum futurum esse malum per culpam, & perdituram suam pulchritudinem. C. *Gen.* 1. 29.

Sepe Dominus Deus in penam peccati deformat animam peccaminosa signis externis prodidit ad horrorem aliorum: Viri quidam post commissum adulterium, ubi domum rediit, facie in formam demonis mutata punitus est: ubi fores pulsavit, uxor, liberi, domestici, imo etiam bruta & canes illo viso exhorruere: omnes timere, vociferari, & discurrere cæperunt! Ecce! peccatum non tantum gratiam Dei, & imaginem Creatoris in anima peccatrice extinguit, sed insuper formam diabolicam inducit. E. *Verbo Adulterium* Ex. 5.

10. Turpissime deformat animam coram Deo.

Sepulcrum patens est guttur eorum: U. S. Chrysi. bi S. Chrysostomus: *Peccator ipsi cloacis hom. 28. spurcior intolerabilis ex anima spirat fetorem.* M. conc. 31. aff. 2. nu. 7.

Angelus & Anachoreta transibant cadaver: Anachoreta nares obstruxit: cum autem transiret juvenem lascivum obstruxit Angelus. M. conc. 31. aff. 2. n. 8. Augustinus ait: *Tolerabilis caro putrida fetet hominibus, quam anima peccatrix Deo.* lb.

Sicut corpus abeunte anima fit deformis, putridum, tæbe plenum, & proinde necesse est illud inferri tumulo: ita anima, cum separatur a Deo & ejus gratia, tam fit terribilis, ut eam abominetur Deus, & proin projiciat in sepulcrum illi debitum, quod est infernus, &c. *Segn.* Manna 23. Maji. 4.

De quibusdam populis in Africa dicitur, quod sint sine capite, atque oculos & os in pectore gerant, de aliis dicitis Cy-noccephalis eo quod caput caninum habeant, item de aliis, qui unicum oculum in media fronte, aut unicum pectus habebant. Quamquam hæc monstrifera, turpior est peccator coram Deo. D. 10. 5.

Cum S. Dominicus prædicaret ad populum, templum ingressus est Petrus Nobilis sed sceleratus coparcha: omnes mirabantur ejus pompam, sed Sanctus Vir oravit Dominum, ut omnes præterentes hunc peccatorem intueri possint, qualis anima tentus erat: Ecce! Petrus repente mutatus est in monstrum infernale mille demonibus stipatum, &c. R. cent. 2. part. 2. mir. 34. E. *Verb.* *Adulterium* ex. 5.

Puer quidam Hibernus habebat duplex peccatum, geminum caput, & manus & digitos anterinos: comedebat gramen & caules, atque vocem habebat instar balatus. In Insulis Scythicis gens erat, quæ tam grandes habebat aures, ut tota ipsorum corpora illis contangerent. *VV. Art.* disc. font. 25. Ex. 1. Sed deformior est peccator ante Deum.

11. Est malum omnium gravissimum.

Inter afflictiones temporales fere nulla est, quam Sancti non elegerunt, ut se a peccatis præservarent. Quidam Dei famulus potens erat in expellendis demonibus ex oblesforum corporibus: cumque super hoc dono in periculum superbia incidere, rogavit, imperavitque a Deo, ut omnes demones, quos hæctenus eiecerat, ipsum oblitterent. Sex mensibus instar amensis erat cæcenis alligatus. Sanchez 7. part. c. 2. fol. 919.

Si diabolus potestatem haberet omnes Sanctos & celis detrahendi, minus malum committeret, quam fit unico peccato; quia malum illud esse malum creaturatum, sed peccatum est malum ipsius Dei. *Segn.* *Hom.* Chr. p. 2. disc. 1. §. 3. n. 21.

Peccatum est gravius malum ipso inferno; quia hic tantum est malum peccata, peccatum est malum culpe. *Non est malum puniri*, ait S. Dionysius, *sed fieri pena dignum*; hinc Sancti maludent in infernum insilire, quam peccare, &c. P. p. 2. disc. 11. n. 10. 11. seq.

Peccatum habet quandam infinitatem malitiae ex infinitate Divina Majestatis, cuius offensæ est; unde omnia SS. Apostolorum, Prophetarum, Martyrum, Virgini- um, Confessorum, & ipsius Beatissimi

Virginis merita simul sumpta, non sunt sufficiens pretium ad expungendum unicuique peccatum, &c. P. p. l. dif. 23. n. 2.

Est gravius malum, quam ipse demon. S. Dominicus mulierem a malo demone liberavit, sed cum illa in tepiditatem, tentationes & vitam voluptuosam incidere, suscit illi Dominicus ut denuo praeligeret a demone occupari, quod & factum est. E. *Infirmis* num. 13.

Peccatum est quasi Deicidium, imo verissime Christicidium, quia expiari non potuit, nisi sanguine & morte Christi. C. Mich. 7. v. 20. Et Act. 3. v. 26.

22. Servio fugiendum, & quomodo.

Miles ad bellum iturus, armis non deservit, uti scuto, lorica & galea, quam offensivis, uti lancea, gladio, sclopeto, contra hostes sese obmunit. Parem in modum Homo Christianus, praesertim principis sancti principis, uti memoria praesentiae Dei, Passionis Christi, Patrocini Beatissimi, mortis, iudicii, inferni, alisque, tanquam armis sese obmunit debet, quae statim tentationi subeunt opponere possit. Sic fecit poenitens David, inquitens: *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi!* Nota! haec eloquia, seu salutaria principia abscondit, quod enim sollicite aservavit, abscondit solet! *In corde*, non in manu, non in pede, non in sola memoria, aut intellectu, sed in corde, id est, in voluntate, per quam cetera omnes potentiae diriguntur, & coercentur. Quam autem sunt haec eloquia seu principia? sunt veritates aeternae, quarum aliqua se tenent ex parte Dei, aliqua ex parte peccatoris, aliqua ex parte ipsius peccati. *Ex parte Dei* certum est, quod Deus gravissime offendatur, Passio Christi contemnatur, & renovetur, &c. *Ex parte peccatoris* certum est, quod jus ad caelestem patriam perdat, in servitutem demonis transeat, caduca aeternis praestet, in plura ac plura peccata incidat, semperque magis inferno appropinquet. *Ex parte denique ipsius peccati* certum est, quod sic rebellio contra Deum est in morem, quo Lucifer cum rebellibus Angelis se Deo opposuit, quod creaturam praestet creatori, quod legem Christi contemnat, & quasi pedibus conculcet, quod ipso facto renunciet caelestibus bonis, & inferno se addicat, quod beneficiis Dei abutatur contra Deum, quod merita omnia haecenus collecta amittat, & quae sunt similia. Haec principia Homo Christianus, dum tentatio

ingruit, in promptu habeat, & tentatori opponat: sic fiet, quod speravit David: *Ut non peccem tibi!* &c.

13. Elongat peccatorem a Deo, & eum contemnit.

Adam ubi est? S. Ambrosius: *quo te perduerunt peccata tua?* B. Serm. 3. n. 8. VI. de Titulum: *Finitis hominis.* Serm. 11. n. 4. 5. C. Genes. cap. 3. vers. 8.

Sine Deo esse maximum malum est: S. Catharina Genensis aiebat: sic in Oriente esset, & animam sine Deo in Occidente sibi appropinquare sciret, iam se in captivum tenere. S. punct. fol. 521.

Herodes fugitur a Christo abeunte in Aegyptum. M. conc. 13. an. 1. n. 2.

Peccator dum fugit a Deo ad creaturam revera contemnit Deum: *In manus ejus latera dolosa*, quia judicat pudam creaturam majus esse bonum quam Deum. Quam contemnit! P. p. 2. dif. 1. n. 6. Siquis bene meritis indigno postponatur, quantum laget! quam agre ergo feret Deus se creaturam posthaberi. *Obstipescite caeli super hoc!* Quare? quia duo mala fecit populus: *me dereliquerunt fontem aquae vitae, & foderunt sibi cisternas.* &c. Hinc Deus conquiretur: *Cui similitas mei?* &c. Ibid. n. 7. Segn. Man. na 9. Aug. n. 1.

Magni Principes nil magis zelant, quam suum honorem, & nihil agrius ferunt, quam se aliis postponi. Carolus Borbonus ob demandatam primae aciei curiam Alenzonio: & Andreas Doria maris praefectus ob praelatum sibi Barbignum ad Carolum V. Imperatorem desererunt. Cum Maximilianus II. Legatum Regis Hispaniarum Legato Galliae in aula Caesaris praetulit, hanc injuriam Galli existimant sufficere ad bellum Hispano movendum. VV. art. dif. font. 71. ex. 1. Quantum igitur Deus erit honoris sui zelotes, nec patietur se creaturam postponi.

14. Absque ulla ratione committitur.

Popule mi, quid feci tibi? an me persequeris, quia creavi, redemi, conservavi, non damnavi te? Pilatus non invenit in me causam, & tu invenis? Juda successeris, & tu deterior es in me? &c. B. Serm. 4. n. 37.

S. Polycarpus, cum a tyranno jubere- tur negare Christum, reposuit, octoginta annis Christo servio, & nullum unquam malum ab eo recepi, cum ergo vis ut offendam ac deseram illum? Sanchez 4. part. c. 6. fol. 311.

Dia-

Diabolus promisit protoparentibus Divinitatem per esum pomi. Feselle miseris! sed si verum promississet, non debuissent consentire in peccatum; quanto stultius est consentire ob nihil! Segn. Hom. Chr. p. 2. dif. 7. §. 3.

Si Beatiss. Virgo non aliter potuisset Maternitatem Dei impetrare nisi per peccatum, illa non consentiret: hinc turbata est in sermone Angeli. Et homo ob rem nihil Deum offendit, &c. lb. n. 15. & 16.

Qui peccat, forsitan in peccato immensam sibi felicitatem, delectationemque imaginatur, sed post momentaneam guttulum mellis, experietur torrentem fellis: *Dies voratur in tenebras.* &c. M. conc. 29. §. 1. n. 14. B. serm. 18. n. 27.

S. Bernard. ait: *In peccato transit juvenilitas non reditura, manet anxietas non reditura.* C. Gen. c. 3. v. 8.

Qua de causa offendit Deum? quid mali tibi fecit? An quia creavit, redemit, conservavit, & necdum te damnavit? An quia in cruce pendet, & tormenta tibi debita amore tui sustinet, &c. &c.

15. Post visa aliorum supplicia gravius.

Deus regiones Orientales fide privavit, quia viso Judaeorum exterminio non respuerunt. Judaei per orbem diffusi ad aliorum terrorem sunt, sicut furum cadavera in furcis.

Balthasar puniatur, quia viso Patris Nabuchodonosor supplicio etiam ille sacra vasa profanavit. B. ser. 40. n. 18.

Saepe delinquentes per exempla aliorum deliquitum indirecte corriguntur. Sic Christus Dominus ex urbe Hierusalem ad crucis mortem ductus mulieribus dixit: *desinere flere, venturum esse tempus, quo beatae futurae sint steriles, tunc mul- tos dicturos esse montibus, cadite super nos &c.* Quare tam terribilia locutus est ad mulieres? ideo, ut audirent liciores, carnifices, & Judaei, qui ipsum ad mortem ducebant. Siquae ipsi argumentarentur: si tam terribilia metuere debent mulieres, minus nocentes, quid nobis eveniet? Collet. de Pass. Dom. med. 22. §. 2.

Terribilis est poena spiritualis peccati, uti privato gratiae, & reatus aeternae damnationis; verum praeter hanc Deus puni- tit etiam poenis externis & temporalibus, quae sub oculis cadunt: Quare? ut deterreat a peccato sic per poenam Adami & Eve, Sodomorum, & Israelitarum multo- ties, idem vult nobis inculcare, quod

D. Claus Spicil. univers. Pars II.

Joann. 5. dixit: Jam noli amplius peccare, ne dereris tibi aliquid contingere. Hinc etiam secundum, & tertium peccatum semper est gravius ceteris paribus quia peccator, jugum diaboli, carnificum conscientiae, aliaque peccati supplicia iam semel expertus est. Vide supra: *Post Passionem Christi gravius.*

16. Est in certa mensura praefixum a Deo.

De iis, qui dilavio perierunt, enuntiat Origenes eos perisse propter impletam mensuram peccatorum. B. ser. 12. n. 30. & lb. per totum.

Isaias de Jerusalem dicit: *Extendatur super eam mensura, ut redigatur ad nihilum.* Artifices mensurae utuntur, dum aedificant, Deus cum destruit: S. Bonav. ait: *Per funiculum justitiae retinendo intelligitur.* B. Ser. 40. n. 14. B. ser. 74. §. 1. S. p. 27. f. 123.

Abraham promissit Deus terram Chanaan: cur autem non statim traderet, rationem addit: quia necdum completae sunt iniquitates Amorrhaeorum: hac expleta hujus gentis exilium secutum est. C. Gen. 15. v. 16. D. §. 45.

Clamor Sodomorum & Gomorrhaeorum completus est, & peccata eorum magna vehementer completa sunt. Ita legit S. Augustinus. Et Christus ad Judaeos: *Implete mensuram patrum vestrorum.* Sicut igitur carcinoma, cum maturuit, rumpitur; ita completa mensura defecit tempus misericordiae, & sequitur supplicium. Haec mensura arcana & diffusibilis est, apud Angelos modica, apud Israelitas magna: *Super quartum non convertam.* Amos 1.

Semei ob persecutionem Davidis non puniatur, sed dum contra mandatum Regis extra urbem expulsi, ad supplicium rapitur. D. §. 46.

Templum Salomonis bis reparatum nempe a Zorobabel, & Herode Ascalonia, non potest tertio reparari a Juliano Apostata. Ita si mensura peccatorum impleta est, frustra est reparatio.

S. Germanus Episcopus, cum Ercaricus tyrannus Angliam vastare vellet, obvium progredierit hostibus, equum Ercarici stragone tenet, atque: *Usque huc venies, & non procedes amplius.* Tyrannus reverfus est. Ita Deus dicit: *usque huc venies, &c.* R. 1. par. mir. 34.

S. Franciscus. Solanus arcana conscientiarum propheticis spiritu vi e: monuit

O ho-

hominem, ut abstinere ab illo peccato, quod hac nocte committere cogitaret. Peccator mortuus penitentiam & confessionem peregit, & postliminio experitur, suum rivalem armatum expectasse ejus adventum in illa domo, &c. R. cent. 3. mir. 7.

Deus non semper numerata pecunia solvit, sed multa in librum creditorum relict, & quidem dispari ratione, quia numerus peccatorum non est equalis; aliquando statim in principio, aliquando in medio cursu punit. Et hoc ipsum de penis publicis dicendum est, aliquando flagellum supra civitatem aut provinciam statim, aliquando tarde arripit. Non statim postquam perforata est navis, mergitur, sed ut aqua repletur, fundum petit. P. p. 2. dif. 12. n. 6.

Deus decernens interuentionem Israelitarum allegat causam: *Tentaverunt nos jam per decem vias*. Ecce! decima vice mensura erat completa. C. Num. 14. v. 22.

17. Deo conatur auferre Divinitatem. Quanta malitia.

Deus in se est unicifimus, & simplicissimus. P. p. 2. dif. 4. n. 3. Peccator autem contra hanc prerogativam insurgit; dum enim creaturam, plus quam Deum astat, quasi novam sibi Divinitatem fingit. lb. n. 4.

Olim dæmon facile persuasit hominibus plures esse Deos, unde obtinuit tot fere altaria erigi, quot erant creaturæ: sicut ille Rex Euphratem fluvium in plurimos rivos dividit, ut transfradare possit; ita dæmon divinitatem, & debitam illi submissioem in tot divisit partes, quot adorabantur idola. Postquam vero ille error per Redemptorem sublatus est, jam dæmon non amplius propagat idololatram intellectus, sed cordis, quæ Deo unica essentia gloriæ suffragatur. Quæ est ista idololatria? peccatum. Nam inter idololatram & peccatum non alia est differentia, quam quæ inter latronem, & furem. lb. n. 5. & seq. Item p. 3. dif. 19. n. 5.

Verum est, peccator non vult, dum peccat, Divinitatem Deo auferre, sed solum tanquam collegam imperiti admittit. Sed hoc ipsum impossibile est; hanc enim divisionem facere, est velle Deum non esse solum. Si Deus non habet totum, neque partem desiderat, lb. n. 7.

Cum Caligula Imper. Statuam suam in templo collocari vult, resistere Jerosolymis. Ita debet homo resistere cum diabolus in corde vult erigere idolum. lb. n. 9. Cum impius agnoscens reatum culpæ &

peccati nihilominus Deum offendit, tunc vult, saltem virtualiter, ut Deus suum peccatum vel non agnoscat, vel punire non possit, vel non velit. Si Deus non agnoscat peccatum, non est omniscius; si punire non possit, non est omnipotens, si non punire velit, non est Sanctus, consequenter nec Deus. Ecce, quod peccare idem sit ac velle, Deum non esse Deum.

18. *Peccator effellus post se trahit,*

Novem sunt infirmitates ortæ ex peccato: 1. Sunt morbi, ærumna, & mala quævis illata corpori. 2. Est ignorantia intellectus, quid hic & nunc agere, aut fugere oporteat, & improvidentia, quid in futurum eligendum sit. 3. Est infirmitas in voluntate ad amandum bona solidā, & æterna, quæ nobis sunt abscondita, & ad contemnendum bona præsentia & caduca. 4. Est infirmitas in memoria, ut recordemur beneficiorum Dei, & judiciorum Dei. 5. Est infirmitas in appetitu irascibili, ut iram, & odium concupiscimus. 6. Infirmitas in appetitu irascibili, ut iram, & odium concupiscimus. 7. Est infirmitas ad agrediendum opera ardua & herolica. 8. Infirmitas ad perseverandum in obsequio Dei, & primo fervore. 9. Infirmitas ad orandum Deum sicut oportet, &c. C. in Ep. ad Rom. c. 8. v. 26.

Peccatum comparatur uvæ acerbæ seu nondum maturæ, quæ sicut illa dentes obtupefcere facit: sic peccatum animum affigit; tempus enim vitæ præsentis nondum est tempus voluptatis, sed futura vita. Item comparatur fumo 1. quia excæcat judicium rationis, ut malum iudicet bonum. 2. Sicut fumus ciet lacrymas, sic & iniquitas multos dolores, & lacrymas concitat. 3. Sicut fumus mox evanescit, sic voluptas peccati cito transit. 4. Sicut flamma fumo proxima est, oritur enim ex igne, & rursum transit in ignem: ita iniquitas oritur ex concupiscentia, & vicissim concupiscentiam magis inflammat. 5. Sicut fumus apes fugat; ita peccatum Angelum custodem expellit. 6. Sicut in fumo lux cum tenebris miscetur; ita in peccato vera falsis, & falsa verus commiscetur, &c. C. Prov. 10. v. 26.

Qui seminat iniquitatem, metet malum; id est, qui seminat culpam, metet penam, & sæpe etiam novam culpam. C. Prov. 22. v. 8.

19. *Perdit gratiam, & dona Sancti Spiritus.*

Ante excisionem urbis Jerusalem noctu in templo audita est vox: *Migrenus hinc*. Et

Et David ab Absalone oppugnatus ad procedens: *Surgite, fugiamus*. Quam tristis fuit hic abitus, tam tristis est in anima fuga gratiæ, & donorum, quæ per peccatum expelluntur, ait S. Francis. Salesius. B. ferm. 5. nu. 31. seq. M. conc. 13. aff. 1. n. 8. B. ferm. y. n. 12. Ser. 29. n. 23.

Judæis teste S. Hieron. post jacturam templi & urbis singulis annis semel licitum erat redire in Jerusalem, & ibi a militibus pecunie emebant licentiam stendi: tum incondito ejulatu deplorabant jacturam templi, crines laxabant, seipsos angustus laniabant, aliaque immensidoloris signa edebant. O quanto magis deplorare deberet peccator amissionem gratiæ. D. 9. 30.

Cum Henric. IV. Rex Galliar. a scario interfecit fuit, non est explicabile, quanto tumultu ac luctu tota Parisiorum urbs fuerit completa: præsertim in palatio Regio non erat habitaculum, quod non ejulatu replebatur. Principes, Nobiles & famuli fere contabescabant præ luctu ac fluctibus, &c. Theat. Trag. hist. 7. nu. 22. Si tanta est consternatio pro perditio Rege heu! quanta debet esse pro perditio Deo!

Laban fugientem Jacob insecutus perorando allocutus est, *cur furatus es Deos meos?* imo Hebræice cur furatus es eorum meum? adeo Deos suos cordi habuit: Et Christianus non ploret jacturam Dei sui per peccatum? C. Gen. 31. v. 20.

Ponamus hominem, qui Apostolorum labores, Martyrum tormenta, Confessorum austeritates, Virginitatis omnes collegit. Cum peccat, perdit omnia merita, & Deus statim dicit, velut ad fatuas Virgines. *Nescio vos!* B. ser. 2. n. 24. 25. seq. S. p. 163. P. p. 2. dif. 13. n. 5. & seq.

20. *Non potest abscondi.*

Peccatum omnes celare student, Rex nemini subditus celat, & tamen se prodit, &c. S. punct. 159. f. 515.

Joseph noluit peccare, quia non fuisset ausurus oculos levare in herum, & sic nemine prodente reus fuisset visus. S. punct. 160. f. 517.

Herodes homicidium Joannis ipsemet prodit. M. conc. 9. aff. 2. n. 1.

Jonas in vultu videtur, quod fugiat contra Deum. M. conc. 9. aff. 2. n. 2.

Cain aperte haberi poterat pro reo, quia facies ejus occidit, & peccatum in foribus aderat. M. conc. 9. aff. 2. n. 4.

Impietas, quæ in amphora Zachariæ occulsa erat, a duabus mulieribus in medio

aere detecta fuit. Nonnumquam ipsa peccata occultant peccatum sunt proditores: Duo Senes Susanna proci confidebant in umbra arborum, & hæc arbores dein crimen detexerunt: Nam Daniel dum unum quorsit sub qua arbore adulterium viderit, respicit ubi uno accipit, sub pino, ab altero sub pruno &c. M. conc. 9. aff. 2. n. 5. 6. seq.

Peregrinus quidam hypocrita sub larva pietatis grandia committit scelera, ita ut hospiti suo Viro benefico gemina vice domum subditis flammis exussit. Hospes duos alios in suspitionem criminis adduxit, qui autem innocentiam suam pro more illorum temporum ferri candente probant. Post aliquot dies redit nequam ille peregrinus, & visa illa ferrea lamina penes murum inclinata, quæritur erat, quid hoc ferro ageretur? vix autem illud tergit, cum illi manus vehementer a ferro tanquam adhuc canderet, adulta fuit. Habitus ergo pro incendiario carnifici traditus fuit. D. 1. 53. Vide etiam Lucianum Dom. 8. post Pent.

21. *Cur a Deo permittatur?*

Primo: Ut peccato eruat bonum. Joseph venditur, ut peccat, & per ipsam hanc venditionem elevatur. M. conc. 8. aff. 1. n. 6. & aff. 3. per totum. C. Gen. 50. v. 19.

Ex peccato originali Deus eruit septem bona, quæ in statu innocentie non habuissent. 1. est Virginitas, 2. Patientia, 3. Pœnitentia, 4. Martyrium, 5. Jejunium, & mortificatio, 6. Paupertas, & obedientia Religiosa, 7. Misericordia, & elemosyna. C. Gen. 2. v. 25. f. 77. 2. D. 5. 22.

Deus in electis & prædestinatis permittit peccatum, ut illi deinceps maiori fervore, ac devotione inflammetur: hinc ex ipso etiam peccato desumi potest prædestinatio, si videlicet specialis quadam emendatio subsequatur, &c. P. p. 1. dif. 5. n. 23.

Sors & sortuitus casus sæpe malum converterent in bonum: sic scimus quod multi ex vulnere, ex lapso, ex haustu veneno &c. sanitate alias desperatam recuperant. VV. art. dif. font. 63. ex. 1. Quod fors & casus ortitus poterant, longe melius facere novit Dei Providentia, ex peccato faciens bonum.

Sicut terra in agris & pratis, si fordenti fumo conspergatur, uberius fructificat: ita nonnumquam homo Christianus, si peccati foribus humo conspergitur, tanto ferventius ad penitentiam redit. Ludov. Blot. f. 517.

Permittitur a Deo, ut homo humilietur: Fratres Joseph dum putant se a furto scyphi esse innoxios, animose respondent œconomis: dum autem illum repererunt in sacco Benjamin, humiliati sunt nimis. C. Gen. 44.

Cum Deus praveriderit ex peccato Adami innumerabilia mala corporis & animæ, imo damnationem & æterna multorum millium consecutura, quaritur, quomodo infinita ejus sapientia permittere poterit peccatum? Respond. Permittit peccatum, quia longe majora bona ex peccato educere novit, quam mala ex illo consequantur, uti merita infinita Divini Redemptoris, justificationem, & æternam beatitudinem salvandorum, fortitudinem Martyrum, victorias Confessorum, & Virginum, aliæque bona opera uti innumerabilia necdum sunt bonum infinitum, sicut peccatum est malum infinitum. Respondetur: sunt bonum infinitum, si fumantur una cum complacentia Dei infinita. Vide Lib. 1. Tit. Providentia Dei: Cur permittat peccatum.

Deus permittit injustitiam Pilati, invidiam Judæorum, perfidiam Judæ, & crudelitatem carnificum, ut perficeret Passio Christi, & mysterium Redemptionis humanæ. Permissit persecutiones tyrannorum, ut essent quasi fabricatores perficientes coronas Apostolorum, Martyrum, & Sanctorum, atque ita exaltaretur Ecclesia tam militans, quam triumphans. C. in Acta Ap. c. 4. v. 28.

Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Sic Valerian, ignea craticula non nocuit: S. Laurentio, sed profuit. Omnia mala instrumenta in Job non illi nocuerunt, sed robur animi ostenderunt. Persecutiones Arrianorum S. Athanasii virtutem auverunt. Decii, Aureliani, Nerones, Diocletiani, S. Vincentium, Sebastianum, Mauritium, aliosque Martyres gloriosos fecerunt. &c. C. 1. Petr. 3. v. 13.

22. Unum post se trahit plura alia.

Semiramis unica die petiit regni imperium, & dein Regem Ninum occidi iussit. Sic peccatum facit, cum in animam venit, dominari incipit, eumque dominatum perpravas affectiones, quas secum ducit, progrogare contendit. R. *hodie Sefabr c. 1.*

Postquam Pilatus Judæis consentit in necem Christi, etiam postea consentit, ut ponerentur custodes milites ad sepulchrum ad impediendam gloriam resurrectionis: quisquis enim semel consentit voluntati

malorum, facile se ab eorum imperio ulterius abripi sinit, quod experiantur illi, qui illicitis amoribus sunt implicati. Coterus Med. 50. §. penult.

Peccata sunt funes, quia ad invicem connexa & implicata sunt, ita ut unum trahat alterum. Hoc expertus est Samson, qui Dalila revelans secretum suitoribus, ab ea tonsus, dein funibus vindus, & a Philistæis excæcatus est. Dalila est concupiscentia, Philistæi sunt impetus animæ, his si colludas, & familiariter cum illis agas, vinculis peccatorum te magis ac magis adstringent. C. Ita. 5. v. 18.

Iniquitates sue captum impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. Ipsa servitus diaboli, a quo peccator captivus tenetur, funis est: Unde Dionysius. Peccator est equus diaboli; sicut equus agit equum, sic & diabolus agit peccatorem, eumque morti & inferno adducit. Funes peccatorum, sunt connexio, & colligatio peccatorum, unum enim trahit ad aliud, uti gula trahit ad libidinem, libido ad furtum, furtum ad homicidium: quibus omnibus fit funis tam implexus, ut rudentibus nauticis æquari possit. Beda ait: *Qui funem facit, torquendo semper & involvendo filis fila adauget. Talis est fortitudo malorum operum.* C. Prov. 6. vers. 22.

Ne dicas, peccavi, quid accidit mihi triste: nam, ut ait S. Thomas, voluntas induratur, ratio hebetatur, difficultas bene agendi crescit, concupiscentia exardescit &c. B. ser. 43. n. 8. 9. ser. 52. n. 15. S. punct. 11. punct. 158. Jacobus post lectam enervis claudicat.

Peccatum quod per penitentiam non deletur, suo pondere in aliud trahit, ait Gregorius. S. p. 158. f. 513.

Cain postquam viliora Deo obtulit, septemplex peccatum commisit, &c. C. c. 4. v. 24. in Gen.

S. Gregor. ait: *Iustus, & Omnipotens Deus permittit, ut cæcata mens etiam in alia delabatur.* C. Gen. 15. v. 15.

Sicut Restiarius plures funiculos prius texit, & dein illos in crassissimum rudentem connedit: ita ex uno peccato plura alia, & demum sceleratissima perversitas confurgit. Hinc Prophetæ: *Ve qui trahitis iniquitatem in funiculo vanitatis, & quasi vinculum plantis peccatum.* Achabinique petiit vineam Naboth, ex hac iniqua petitione Jezabel sumpsit occasione subornandi falsa testimonia, & necem Nabothi: ita fit, unum peccatum post se trahit cætera alia. Fit peccatum deia

dein penitentia Sacramentum suscipitur sine dolore, sine proposito, sine satisfactione: pergitur in occasionibus, sumitur sacra Synaxis instar Judæ, & sic semper de malo in pejus fit progressus, &c. Gula invitat sensus rebellionem, hæc imputiditiam, ista peccati desiderium, dein media, mox zelotypias, timores, odia, inimicitias, & homicidia suscitât. Sic Avaritia provocat contractus injustos, u-furas, mendacia, dolos, furta, perjuria &c. Ut primum quis incipit peccare, ad ruinam præparat. A. lect. 9. 6. 5. Vide Titulum: *Luxuria Difficulus corrigitur.*

23. Punitur pœna talionis.

Cur prima plaga Ægypti fuit in Nilo, ubi aqua conversa est in sanguinem? Respondeo quia Ægyptii etiam primo peccarunt in Nilo cum habendo pro Deo suo. M. conc. 8. aff. 2. n. 1.

Et quia per Nilum Pharaeo peccavit suffocando infantes: Tu injuste Judex inolicus punieris, quia inopes premis. Tu Sacerdotem in morte non habebis, quia Sacerdotes inhonoras. Tu detractor infamiam incurres, &c. M. conc. 8. aff. 2. n. 2.

Pharaon in aquis perit, quia infantes Hebræorum aquis peremit. Cor Pharaonis induratur, ut lutum ad solem, quia Hebræos luto affligit. M. conc. 8. aff. 2. n. 3. 4.

Judas per gutturis elisionem perit, quia gutturis vocem ad prodicionis crimen usurpavit. M. conc. 8. aff. 2. n. 5.

Cur Absalon comiserit? quia comis deliciabatur; cur tribus lanceis confoditur? quia tria corda furatus est Regis, Senatorum, & totius Israelis. Cur a decem amigeris occiditur? quia decem concubinas Patris constituravit. M. conc. 8. aff. 2. n. 8. 9. 10.

Alexand. Severus Imp. Turrium, qui pro conciliando Imperatoris favore pecunias collegit, fumo enecari iussit cum edicto: *Fumo punitur, qui fumos vendidit.*

Gallienus Imp. Mangonem, qui vitreos globulos pro gemmis vendidit, ad bestias condemnavit, sed cum ab omnibus spectatoribus leo aliquis aut ferocis animal expectaretur, gallus gallinacæ et cavea erupit, & omnibus in risum effusis proclamatum est: *Imposturam fecit, imposturam passus est.* Epidor. f. 15. & 16.

Judæi, quia Christum crucifixerunt, in obditione Jerusalem tanto numero a Romanis crucifiguntur, ut spatium crucibus desuerit, & corporibus cruce, ait Josephus. D. 4. 81. in fine.

D. Clavi Spicil. universi, Pars II.

Incidit in foveam, quam fecit. Amman in furca suspenditur, quam struxerat Machabæo. Apparitores, qui tres pueros in fornacem intrecerant, his illas igne absumuntur. Accusatores Danielis ad lacum Leonum condemnantur, e quo Daniel salvus exit. Duo Senes calumniam Susannæ impudam morte luunt. Eutropius dissuadet Arcadio Imperatori immunitatem Ecclesiarum, dein ille ad mortem quæsitus, & ad Ecclesiam confugiens ægre ferocientem populo eripitur. Euthymius quidam instinctu Imperatricis Justine curru venit ad ædes S. Ambrosii, cum in exilium avecturus: sed delusus ille post annum eadem die, eodem curru in exilium evectus est. Quidam Indus S. Xaverium oculis foribus non admittit in ædes, dein cum insequentibus hostibus fugere vellet ad Ecclesiam, janua illi præclusa, ille autem inimicis præda factus est. D. 5. 81.

Herodes Agrippa in urbe Alexandria turpissime ludibrio habetur in personam allicus Carabæ: aliqui putant hunc fuisse Barabam, qui Christus fuit posthabitus; hunc jocularem Regem faciebant, & mille januis in opprobrium Herodis onerabant. D. 7. 39.

Joanna Regina Neapol. nupsit Andreæ Ludovici Regis Hungariæ fratri, sed quoniam male illi convenerat cum Marito, illum fune suffocari præcepit. Postliminio bellis petita & oppugnata, imo & captivata fuit a Carolo Durazzo, atque ab illo suavis Regis Hungariæ eodem modo, & loco fune strangulata fuit. D. 9. 51.

Quidam in martyrii S. Euphem. crudelem rotam invenit: ingressus rotam dixit confodalibus, cum strepitum ediderit, illi circumagerent rotam. Interim permittente Deo factum est, ut illi malleus e manu excideret, confodales putantes hoc esse signaculum circumrotant, & misere lanctis infelicem. Santh. 6. par. c. 7. f. 782.

Jacobus postquam septem annis servit, turpiter a Labano deceptus Liam pro Rachelæ recipit. Cur Deus permittit deceptionem? sit venia opinioni! Jacobus etiam quodammodo decepti fratrem Esau, eique primogenitum eripuit, an astu omnino laudabili, dubium est. Igitur deceptus comitem est.

Actius Comitem Bonifac. apud Valentianum Imper. rebellionis suspectum reddidit, & dein ex eadem causa a Theodosio Imperat. ad mortem damnatur, periturus citius, nisi pietissimæ uxoris precibus iussit servatus, Lohner §. 4. n. 10.

Senex quidam, qui juvenem propter tentationes impudicas contempit, ipse in gravissimas tentationes incidit, deserturus vitam spirituales & in mundum revertens, nisi ab Abbate Apolline fuisset in spem erectus. E. Verb. *Confessio* n. 2.

Monachus ambitiosus affectans Abbatiam dedit puero, quem Abbas corrigere solebat, venenosum pulverem dicens: si hunc pulverem sparseris super pulvis Abbatibus semper te diliget. Puer dimidiam partem pulveris pro alio tempore reservans, dimidiam sparsit super cibos Abbatis & hic mortuus est. Cum autem occisor in eius vicem fuit electus, innocens puer, ut etiam hujus amorem sibi conciliaret, reservatam partem pulveris in eius cibos iniecit, & ipsum occidit. E. *Malitia* n. 1.

Filius saviente hyeme roganti genitori non dedit nisi duas ulnas gaulapis pro tegumento. Filios hujus filii id videns duas superflites ulnas petiit pro se. Quarenti parenti quid vellet cum iis facere, reposuit, servabo illas donec tu sis qualis est modo genitor tuus, avus meus, nec tibi plus dabo, quam modo des patri tuo. E. *Parentis* n. 9.

Frater Joseph in Aegypto carcere & captivitate puniuntur. Quia ipsi antea fratrem Joseph infontem eadem poena afflixerant.

S. Ephr. jumentum pauperis ad mortem agitant, in carcerem conjectus agnoscit Dei punientis iudicium. C. Gen. 42. v. 21.

Aegyptii filios Israel in obscuris carceribus concludunt, dein terribilibus temeribus puniuntur. C. Exod. c. 10. v. 21.

Monachus Abbatis dignitatem ambiens illum veneno per famulum enecat, & dein ipse Abbas electus per eundem puerum veneno occiditur. T. n. 168.

Calvinian. cantum funebrem Catholicorum auditum a sinu vocare solitus, ubi mortuus est, adfuit ingens affinis, qui sonus inceffante ruditu prosequatur. T. n. 174.

Rosinuda Alboini Regis Longobardorum conjux subornavit Hermigium, ut Regem maritum suum in somno occideret. Dein cum occisore, cui se deponeretur, Ravennam profugit. Ibi ut Longini gubernatoris nuptias potiretur, Hermigio venenum propinavit. Sed Hermigius advertens vim veneni, stricto gladio eam coegit, ut residuum exhauriret. Sic ambo exstiterunt. T. n. 242.

Qui alteri foream solvit, incidit in eam, & qui statuit lapidem proximo, offendit in eo, id quod plurimis confirmatur exemplis. C. Eccl. 27. vers. &c.

24. Contra se armat omnes creaturas.

S. Macarius ad sua obsequia semper habuit duos Leones, cum autem in impudicam cogitationem consensit, Leones ab ipso aufugerunt. R. cent. 2. p. 2. mir. 50.

Creaturae omnes obedunt Deo: stelle incomprehensibili velocitate iam a genesi sua rotantur ad imperium creatoris, *Spiritus oris ejus omnis virtus eorum*. P. p. 2. dif. 3. n. 5. Ad unicum verbum Deo parent: *Stelle vocatae sunt, & dixerunt, adjumus*. lb. n. 7. Caeli ad Verbum Dei in continuo suo motu perseverant. lbid. n. 8. Omnia insensibilia audiunt vocem ejus: Canutus agnoscit infirmitatem suam eo quod mari quietem praecipere non posset: id potest Deus, & habet ignem, & aquam, aerem, & terram ad obsequia. lb. n. 9. Solus peccator non obedit Deo, & ideo omnes creaturae vindicant hanc injuriam, si a Deo permitterentur, &c. lbid. n. 10.

Juvenis innocens ferrum ignitum sine latione manus trahat: Postquam autem fuit a femina seductus, volens iterum ferrum candens palpate, miserabiliter aduritur. E. Verbo *Cassitas* n. 11.

Homo impurus viridia prata transibat, & ecce! gramen sub singulis ejus vestigiis aruit. E. *Sodomia* n. 4.

Putant aliqui in statu naturae innocentis rosam non habuisse spinas, nec extitisse herbas venenosas, non tribulos, non arbores steriles; sed haec omnia, una cum animalibus nocivis primum post peccatum fuisse producta. C. Gen. 1. vers. 12.

Peccatum omnes creaturas, & elementa turbat: Omnia creata puniuntur, quia homini ad peccandum serviunt: vel potius homo in omnibus punitur, quia omnibus abusus est. C. Ezech. 6. v. 2.

Abalon, ut patrem semper benignum haberit, tamen a Joabo confosus, arborem, mulum, lanceas, calum & terram contra se habuit. Quare? Respondet Chrysolom. *Non est ulla creatura, quae non nota fuerit, cum ipsum sensit noceri in patrem*. B. sermo. 31. n. 49. Ser. 5. n. 46. Ser. 38. n. 2.

Pugnabit pro eo orbis terrarum: ubi Gregorius: Offenso creatore omnis creatura offendiit. S. punct. 132. fol. 418. punct. 157. fol. 509.

Ipsa vestimenta peccatoris averfantur eum. S. punct. 157. fol. 510.

Creaturae omnes ex se bonae sunt, sed male fiunt ex nostra culpa: sicut canis omnibus domesticis blanditur, sed cum illi alienis formis se oblatant, eos alacrat, & mordet; ita cum homo per peccatum perdidit formam imaginis Dei, omnes creaturae contra illum rebellant. Leo prophetam, qui contra praecipuum Dei in via comederat, occidit, sed mortuum non devoravit: quia nocere tantum poterat peccatori, non autem iustificato, per mortem enim luit peccatum. Ita S. Gregor. In Insula Meliteni. S. Paulus a vipera ictus nihil nocucentis sensit; quia a peccato immunis erat. Certe, aiebat ille Monachus, si peccatum non faceremus, animalia, quantumeunque nociva, nunquam nos laederent. A. lect. 10. §. 7. & seq.

Deus esse instar potentissimi Monarchae, qui non solum habet aulicos & optimates; sed etiam milites & apparitores, non solum gazophylacia ad praemiandos bonos, sed etiam armamentaria ad puniendos malos. Peccatori omni creatura hostis est: iusto servituti omnia, ait Cardin. Hugo. A. lect. 10. n. 15.

Leones Danieli parcunt, Satrapas Regis autem devorant, &c. A. lect. 10. §. 9. Vide Titul. *Plage universales* apud Iustitiam Dei. Et R. 1. par. mir. 16.

25. Est martyrium diaboli.

Pacatus inquit: habet oculos conscientia carnitibus, quia magis torquent vitia, quam cruce, verbera, & tormentata. S. p. 160. f. 516.

Peccator continuo stat coram sua conscientia, sicut reus coram iudice, & accusatoribus. S. lb. f. 518.

Demon varie torquet suos peccatores: superbos suspendit: quosiam per incendium avaritiae perdit: invidios gladio necat, luxuriosos veneno, ait Idota. M. conc. 31. art. 2. n. 13. seq.

Peccatum tor aemulis affligit peccatorem, ut nec martyres pro Deo graviores patiuntur. Nam 1. Peccator obtegitur caligine, & excecatur. 2. De caelo in terram, imo in infernum projicitur. 3. Ex templo Dei sic scabellum diaboli. 4. Omnes ejus virtutes & gratiae diripiuntur. 5. Omnes munitiones ejus destruantur. 6. Polluitur eius regnum sanctum & castum. 7. Cornu & robur ejus confringitur. 8. Gratia Dei destitutus corrigitur inimicis. 9. Succenditur in eo flamma concupiscentiae, quae omnia animae bona depellit, &c. C. Thren. 2. v. 3. ad finem.

Peccator impetentis nunt jovialibus

liebus, & mundi gaudiis exultat, in hora mortis autem tristitia abruetur immensa: nunc monita & pia consilia spernit, ibi autem conscientiae aculeis horrendis affligitur: nunc cervicem supra caeteros erigere, & superbiendo adorari amat, ibi autem dampnum pedibus comulabatur. Nunc delicato esu, & potu cunctis nutrit, ibi famem patietur ut canis. Nunc tripudiat, cantillat, caehinnat, ibi aeternum flebit, & ejulabit, &c. En! hoc est martyrium diaboli, &c.

26. Est causa calamitatum temporalium.

Cum Holofernes Judaicum populum excindere vellent, suavit illi Dux Achior, ex prius explorat, quia ratione Israelita se cum Deo suo habeant; quia, ut aiebat, habeo ab experientia, si pie vivunt, nemo inimicorum eos superabit; si vero impie vivant, Deus facile eos tradit inimicis in pradam & Iudibrium, &c. Si ergo nunc in scelerositate degant, *Ascendamus ad illos, quoniam tradentes tradit illas Deus eorum tibi*. Quamvis ergo homo sit de se creatura Deo dilecta, nihilominus ob peccatum a Deo pessumdatur, sicut vas venenosum, aut vitis peste infecta in ignem conicitur. A. lect. 10. §. 2. & 9.

Peccatum est venia secundissima, e qua tota hominum infelicitas & omnia mala proficiunt. Paoletti Dom. 4. post Epiphani. Et P. p. 2. dif. 12. n. 8.

Magna est infamia eorum, qui putant se felicitatem suam per peccata committere posse, similes Adamo, qui demonis mentatio deceperat speravit se absque Deo futurum sicut Deos. Ex hac farina sunt Mercatores, qui per dolos lucra capiunt: Litigantes qui alios ad pericula inducunt: Notarii qui syngraphis corrumunt. Puellae quae per lascivias matrimonium quaerunt, &c. Verum isti omnes decipiuntur: Tabernaculum impiorum non subsistet, &c. P. p. 1. dif. 4. n. 18.

Deus populo Israel inhabitandum promittit terram Chanaan, & tamen per aliquot centenos annos gentiles ac barbari populi perseverant inhabitare terram promissam. Conquerebantur super haec mores Judaei, & responsum acceperunt a Deo: Necdum completae sunt iniquitates Amorrhoeorum: quasi diceret Deus: Quamprimum a Mothazi ultimum peccatum, quod eis in indulgere decrevi, commiserint, unc bello, stragibus, & ruina illos excindam, & eorum regionem vobis inhabitandam dabo. En! peccatum causa est.

excidit, & omnium malorum. C. Gen. 15. v. 16. Vid. sup. Publicum causat pub. Calam.

27. Unicum cur puniatur aeternum.

Quia Deus habet innumeratos titulos, quibus amari debeat ab homine, & hos omnes titulos, ac jura peccator violat. P. p. 2. dif. 3. n. 20. Vid. Tit. Infernus: Cur propter unicum peccatum sit aeternus.

Etiā apud terrenos Principes unicum grave delictum extinguit omnium meritorum memoriam. Marechallus Gallie, dicitur de Biron, fuit generosissimus Dux sui temporis, victorias ex urbium obsidionibus ac praeliis retulit plurimas, triginta quinque vulnerationes pro regno excepit: & tamen quia postea cum hostibus regni, id est Rege Hispanorum, & Sabaudu Duce collusit de proditione sui Regis, decapitatus est. Theatr. Trag. hist. 4.

Henric. Dux Montmorancius, quia Gastoni Duci Aurelianensi contra fratrem Regem Ludovic. adhaesit, laesae Majestatis reus habitus, non obstante intercessione Summor. Gallie Principum, Tolosa decapitatus est, Vir alias ingentium meritorum, & talentorum. Theatr. Trag. hist. 36.

Peccatum infinitam quasi habet malitiam, quia vilem creaturam praefert Deo: & in hoc sensu ait S. Hieronymus. *Quaeritur quae habemus vitia, & quocumque peccata, tot recentes habemus Deos: Iratus sum: ira mihi Deus est! Vidi mulierem, & concupivi: libido mihi Deus est! Vixi, quisque enim, quod cupit, & veneratur, hoc illi Deus est!* Sicut ergo idololatria grande peccatum, & aeterno dignum est supplicio: ita quodlibet peccatum grave; quia quodammodo idololatria est, praefertens creaturam Deo, & contemnens Dei voluntatem &c.

Peccator.

28. Obsurdescit Dei monitiis.

Non vult intelligere, ut bene ageret. Quia stridore, & tumultu malarum affectionum non audit, prout S. Augustinus facit de seipso. *Obsurdieram stridore catinae meae.* B. ser. 1. n. 11. serm. 11. n. 4. Sermon. 65. n. 64.

Sicut aspis fundam non sinit se e teneris educi in lucem ab incantante, ait Augustinus, ita peccator. S. proct. 98. f. 295. punct. 163. fol. 159.

Propheta missus ad Regem Jeroboam, in templo clamavit: *Altare, Altare haec*

dicit Dominus. Cur Altare alloquitur? ideo, ait S. Chrysostr. quia lapide insensibilior factus est homo rationalis, &c. M. conc. 19. aff. 3. n. 6.

Vesuvius in Regno Neapolitano ordinariē vehementiores flammās eructat, cum grandis peccator est moriturus: scilicet hoc Quatimarius Princeps Salernitanus, cumque aliquando Vesuvium plus solito ardere cerneret, cum risu dixit quis jam celeseratorum ad infernum proximus ibit. Sequenti nocte turpis scortator, dum Dei monita non curat, repente perit. D. 6. 43.

Christus Dominus comparat Phariseos *Manb. 11.*

pueris ludentibus: erat autem ludus istius modi: duae series puerorum in platea hinc & inde cantabant, isti cantilenam jucundam, hi tristem, uterque invitabat alterum ad sua studia tristandi vel letandi, nullus tamen cedebat alteri. Ita inquit Abbas Ficus, constituti sunt Pharisei; audiunt Joannem clamantem in deserto, & hunc contemnunt, dicentes cum vitam ducere more brutorum. Adhuc Dei Filium concionantem, & huic dabant, dicentes esse hominem perversum, diabolicum, conversari cum publicanis, & quae sunt similia. Ita hodie dum faciunt peccatores. D. 9. 50.

Nunc dicit peccator *Recede a nobis*, at in illa die vicissim audit: *Discedite a me.* Lucian. Mont. T. 4. conc. 64. n. 4.

29. Laborat gravissime in servitute demonis.

Merito conqueruntur peccatores, *Lassati sumus in via iniquitatis*, quia ut ait Simon de Cassia, *sunt labores in iniquitate*, & sub demonis iugo fatigantur ut Samson in mola asinaria. *In labore hominum non sunt.* Homo enim laborat ad aliquem finem, brutum sine sua utilitate, sed superbus, avarus, luxuriosus tantum ad mercedem suam, & afflictionem laborat. B. ser. 1. n. 26.

Merito potest demon gloriari, quod fideles habeat famulos, qui impensius laborant pro fe, quam pro Christo. B. ser. 19. n. 12.

Peccator vivus circumfert infernum, & est servus emptius diaboli. S. punct. 157. f. 509. 510.

Qui facit peccatum, servus est peccati. Joann. 8.

Quae mala autem veniunt, cum regnat peccatum? dicit sapiens, universam terram perturbatum iri per servum, cum regnaverit. Quanta autem infelicitas hominis, qui ad servitatem peccati, imo ad man-

nancipatum devenit? 1. quia servus est tanto vilior, quo vilior est Dominus nempe concupiscentia. 2. Servus sua fidelitate potest sperare libertatem, prout Josepho, Etdrae, Danieli contigit: at peccator, quanto fidelius suae servituti concupiscentia, tanto magis aggravat suas catenas, 3. Servus alius cum patitur corpore, potest auxilio virtutis gaudere animo: at peccator longe plus animo, quam corpore patitur, propter flagellum malae conscientiae &c. Segn. Manna 16. Junii. Tyrannus quidam nomine Trizzo subditis suis prohibet colloquia, nutus, & lacrymas. Ita demon agit cum peccatoribus: stringit linguam ne loquantur in confessione, obstruit pectus, ne conterantur, occupat oculos, ne peccata fiant, &c. D. 9. 30.

Abbas Pæmon videns evanidam mulierem flere cepit dicens: *Vix mihi, quia pro Deo non tanta facio, ac patior quantum hac mulier pro mundo.* Sanch. 4. p. c. 6. fol. 311.

Herodes diligentissime exquirat tempus a Magis, ut Christum perimat. Saul omnem operam adhibet, ut Davidem occidat. Judaei nihil omiserunt in custodiendo sepulcro, ne Christus resurgat. Sanch. 5. p. c. 6. fol. 495.

Apost. monet Ephes. *Nolite locum dare diabolo.* Quisquis quis te moneret, ut in domum non admitteres venenosissimum draconem, indignareris monitori utpote supervacaneo. Et tamen in eo res sita est peccatoris, ut moneri indigeat, ut non locum det belluae infernali crudelissimae. Segn. Manna 21. Jul. n. 1.

Via ad eorum est facilis, difficilis ad infernum. Paoletti Fer. 4. post Dom. Pass.

Peccatores omnes laborant, & onerantur, quia dum honoribus, divitiis, & voluptatibus inhiant, illas querunt, ubi non inveniunt: bona illa sunt similia aquis salis, quae sicim non extinguunt, sed inflammant; hinc quanto magis suo corpori satisfaciunt, tanto magis querunt novos modos satisfaciendi: quo sunt majores, eo amplius eminare student: quo plus gloriae consecuti sunt, eo magis cupiunt eminare: quo majores opes possident, eo plures cumulare satagunt &c. Segn. Manna 16. Aug. n. 1.

Pharao propositus Israelitis Magistros operum, a quibus gravissimis laboribus premebantur. Tales Magistro operum, qui peccatores premunt, ait S. Bern. est summa avaritia, luxuria, C. Ex. l. v. 11. Quin imo peccator animam suam non

tantum in servitute, sed & in vicium tradit animam suam, sicut gentiles olim infantes suos idolo Moloch in brachia tradiderunt comburendos. C. Lev. 18. v. 21.

30. Plus curat temporalia quam aeterna.

Diviti Epuloni exprobratum fuit: *Quae parasti, curas erunt?* Cur non denuntia- *Lic. 18.* te illi sunt penae inferni? Nempc consideranda illi proposita sunt, quae illum poterant magis confirmare, quia peccatores non ita affliguntur cum audiunt, se ad infernum iuros; audies aliquando respondentes: *Faciat, ut vult Deus!* tunc dolent, cum audiunt eorum opes male perituras: *Quae parasti, curas erunt.* Segn. Manna 16. Mart. n. 3.

Deus conqueritur de peccatore: *Comparatus est Jumeis insipientibus:* in quo quia jumentum solum attendit ad praesentia, non ad futura. Segn. Manna 14. Maii 3.

Vultures tam acutas habent oculos, quam aquila, ea tamen differentia, quod illi semper terram, istae caelum contueantur. Ita multi sunt quidem perpicaces, sed tantum ad terrena, non ad caelestia. P. p. 2. dif. 9. n. 6.

Domitianus regni negotia negligit, & mufcas capit. Sic multi Christiani, qui aeternam salutem querere omni modo deberent, ambiant opes, sponfas, honores, voluptates &c. C. Lev. 11. v. 30. f. 667. D. 2.

Eo ipso tempore, quo Christus in monte Oliveti discipulos ad vigilantiam admortuus est, Judas confilia cum Phariseis agibat de capiendi Christo: non ille indigebat adhortatione ad nefas sicut discipuli ad bonum. Coesterus de Pass. Dom. Med. 7.

31. Per peccatum fit bellua.

Protoparentes post peccatum induuntur pellibus, ait Greg. Nyssenus, ut foris pelli belluina uterentur, qui intus belluina cupiditate animum deformant. M. conc. 19. aff. 2. num. 4. seq.

Origenes ait: *Non omnes homines, homines sunt*, quia nimirum per peccatum deformantur. M. conc. 19. aff. 2. n. 9. 10.

Homo a Deo creatus Dominus erat animalium: post peccatum autem similis factus est animalibus, ita ut qui in statu innocentiae eis habuisset obsequentia, jam post peccatum cum eis habeat continentiam lucram. Vultus scire quomodo? homo dominatur piscibus, quando dominatur gulae & libidini, avibus cum dominatur ambitioni: reptilibus, cum dominatur avaritiae, feris cum dominatur irae. C. Gen. 1. v. 26. fol. 58. 2.

Diens conq̄i eitur de peccatore: *Compara- tur est iumentis, & similis factus est il- lis.* In quo est similis factus? non narra- sed voluntate: obstinate vultum in- terram deiecit, qui ad intendendum calum factus est. Igitur hæc similitudo in eo consistit, quod impetum sequatur omnis cupiditatis efferentis more brutorum. Hinc quidam sunt furiosi instar serpentum, alii audaces instar leonum, alii avidi in- star luparum, alii fordidi instar porcum. Quin imo sæpe unius peccator mul- torum brutorum qualitates induit. Segn. *Manna 14. Maji 4.*

Peccator variis bestiis comparatur, ut indicetur, cum esse compositum ex multis bestialitatibus; sic vocatur vipera, equus & mulus, scorpion, vulpes &c. *P. p. 2. dif. 12. n. 14. seq.*

Rex Iridates S. Virginem Ripsimem, quæ impudicitia illius consuetudine no- luit, Gregorium aulicum ob fidei constantiam in specu serpentum conclu- dit, & Dei supplicio in porcum mutatur. Sed cum fasti penitens Gregorium liberat, & S. Ripsimæ templum adificat, ad hominis formam redit. *P. p. 2. dif. 12. n. 16.*

Prov. 14. 17. 18. 19. Boetius ait: Qui avaritia fervet, simi- lis est lupi, litigiosus similis est cani; fraudulentus similis est vulpi; iracundus est similis leoni; segnis & stupidus simi- lis est asino; libidinofus similis est sui fordida: Ita homo probitate deserta vertitur in belluam. *C. Lev. 11. v. 30. ad finem.*

32. Si non respiciat dum potest, non poterit, dum volet.

Qui non comparuerunt in convivio, per hoc ipsum paniti sunt: *Nemo Viro- rum illorum gustabit cenam meam:* Quia non comparuerunt, dum poterant, in æ- ternum exclusi sunt. S. Gregorius ita ex- plicat: Deus nunc invitat per Angelos, per Concionatores, per prospera, & ad- versa, nemo contemnat, ne, dum voca- tus se excuset, cum voluerit intrare, non valeat. *A. 1. lect. 3. n. 11. seq.*

Prov. 1. 1. 2. 3. Vocari, & renuissit, extendi manum meam, & non fuit, qui respiceret... ego quoque in interitu vestro ridebo &c. Hujus Scripturæ veritatem comprobata agnos- cimus in Esau, Pharaone, Saul, Antio- cho, & aliis. *A. 1. lect. 3. n. 12. 13. &c.* Radobus a S. Vvolfranno jamjam ba- ptizandus subleuit, & quærens ubi ergo sui progenitores Frisonum Principes es- sent? respondente S. Vvolfranno, esse in gehenna, ille pedem retrahens reposuit,

se sine suis proavis esse non posse. Dein miserè perit. *A. 1. lect. 3. n. 13.*

Ufurarius terque quaterque monitus, ut penitentiam ageret, continuo respon- dit: superesse fat temporis. Denique fu- bitaneo morbo correptus voluit quidem penitentiam agere, sed non potuit; hinc terribiliter ejulans clamavit: *O penitentia ubi es, quod te invenire non possim, & sic infelicem animam efflavit.* *B. ser. 11. n. 36.*

Inscrutabile Divinæ Providentiæ mare simile est Oceano Messanensi, qui fluxibus & refluxibus continuo agitatur: dum quis in portum appellere cogitat, nisi accurate observet fluxum maris, subito in alium repellitur. Sic fit cum peccatore, dum non observat tempus gratiæ, illud non amplius invenit: *Nullus difficilis evadit, quam qui evasurum se presumpsit.* Et S. Augustinus: *Negligentes des- ptere consuevit &c.*

Salv. 14. de Eccl. Cato. 3. 492. in Pl. 118.

33. Semper in deterius vergit.

Juvenis itinerans dum in officina fer- raria equum ungulari facit, sine nocu- mento ferrum candens manibus tractat, omnibus ejus innocentiam mirantibus, verum postquam domum intravit, & ab uxore fabri fuit seductus, extens, iterum volens ferrum ignitum manibus tracta- re, miserabiliter ustus est. Sic fit, gratiæ Dei semper magis per peccatum per- duntur. *E. Verbo Castitas n. 11.*

Pilato interroganti ab initio respondit Christus, non autem altera vice ad in- terrogationem: *Quis es tu? Quare facis?* *Jo. 19. 10. 11.* quia intelim Pilatus se reum fecit cele- ratissima flagellationis, cum tamen ipse publice fassus sit, se non invenire in eo causam. Sic fit, quo sæpius homo pec- cat, eo indignior fit, cui Deus loquatur. *Costerus Med. 28. de Pass. Dom.*

Peccati tres sunt differentia, ait S. Au- gustinus, in corde, in facto, & in con- suetudine, tanquam tres mortes: un- quasi in domo, cum corde consentitur libidini: altera quasi prolata jam extra portam, cum in factum procedit consen- sio: tertia cum in consuetudinis male tanquam mole terrena premitur animus, quasi in sepulcro jam putrescens, qua tria genera mortuorum Dominum susci- tasse testatur Evangelium. Per filiam Ar- chi-Synagogi, quam Dominus quasi de somno excitavit, inteligitur peccatum cogitationis: Per filium in Naim pecca- tum operis, ubi Dominus jam maiorem ostendit difficultatem. Per Lazarum pec- catum

rum consuetudinis, ubi Dominus con- turbavit se ipsum, infremuit spiritu, & ad Patrem rogans clamavit &c.

34. Infelix, uti prospere vivat.

Sordida lacuna, cum a solaribus radiis illuminatur, mirum quantum splendescit, & tamen manet sordida lacuna: ita li- cet homo scientiis, & nobilitate sal- get, miserimus tamen est, si fidelitate peccati inquinatur.

In mari prope Insulas Hesperidum in- venit piscis, qui inter continas insi- das vivit: habet virtutem volandi supra aquas, volatumque tamdiu producendi, donec alæ per aerem siccantur, sed tunc inter volandum ordinarie a vulturibus abripitur. Si relabitur in aquas, hostilibus piscibus, qui interim nunquam ex oculis eum dimittit, illum devorat. Interdum ad navigia refugium querit, sed sic fit præda hominum. *P. Carli in suo Æthio- pe c. 4. Idem contingit peccatoribus, five fe verant ad cælum, five ad terram, De- um & creaturas omnes inimicos habent.*

Sicut milites in bello captivi, sic pec- cator captivus est diaboli. 1. Quia pec- cator tanquam sine voluntario trahitur & ligatur. 2. Quia ab hoc vinculo null a vi naturalis, sed sola Dei gratia eximi potest. 3. Quia diabolus illum tanquam suum servum impellit, & agitat in alia peccata quo vult. Eni! quam periculosus fit peccatoris status, est enim sicut navi- gium fracto gubernaculo a ventis abre- ptum & sicut avicula filo alligata, quam puer ludibundus trahit, & retinet: *Instar pueri vocatur diabolus cum peccatoribus;* ait S. Anselmus, *quos irretitos suis laqueis* *S. Ansel. in diversis victorum impedimenta trahit.* *1. de simi. c. 189.*

C. 2. Tim. 2. v. 26. Esau figura fuit improborum: 1. Quia fuit honorator Jacobo: sic mali in hac vita excellunt domis naturæ & fortunæ. 2. Major serviet minori: sic mali in hoc mundo dominantur bonis. 3. Collisio in- ter Jacob & Esau significat luctam asiduam inter bonos & malos. 4. Esau prior egreditur, sed Jacob eius calcaneum tenet: ita impiorum priora sunt prospere, sed extrema sunt funesta in æter- num. 5. Esau erat moribus asper, fer- rox, & versutus, ita tales sunt impii. 6. Esau erat venator & agricola: ita im- pii terrenis bonis indignant. 7. Esau pri- mogenituram vendidit lenticula: ita im- pii jus adoptionis filiorum Dei, & spem vitæ æternæ commutant cum vilissimis bonis &c. *C. Gen. 25. v. 25.*

Post cæsa centum, & octoginta quin- que armatorum millia in exercitu Senna- cherib, altera die jacere videbantur ely- pei, & lorice auro, & sole radiantes, sed intus erant cadavera: ita ait Hæctor Pinus: *In hominibus non homines, sed cadavera videmus.* *B. ferm. 1. n. 31.*

Peccator exterius videtur intactus, sed intus misere consumptus. *S. p. 195. f. 515.* Peccator habitat contra Paradisum vo- luptatis, quia in maxima miseria vitam ducit, ait Augustinus. *S. p. 159. fol. 515. M. conc. 23. ass. 1.*

Quid infelicis, quam Deum non ha- bere: *Vae eis, cum recessero ab eis.* *S. p. 163. fol. 521.*

Quid prodest, si peccatores Dii sint: sicut unus de principibus (dæmonibus) cadetis. *M. conc. 23. n. 3.*

Bos, qui in pinguibus pascuis errat, ad macellum destinatur. *M. conc. 23. ass. 1. n. 4.*

Potentes, & divites sicut sanum her- barum cito decidunt. *M. conc. 23. ass. 1. n. 6. seq.*

S. Thomas Doctor Angelicus dicere solebat, se non posse capere, qua ratio- ne peccator in peccato constitutus ridere possit? *D. 4. 58.*

Misererrima est, & sanguineis lacrymis deploranda peccatoris conditio. Paolcti in Festo S. Apostoli Thomæ.

Divitiae mundanæ tam parum possunt impios felices reddere, quam dentium al- bedo album reddant Æthiopem. *Veris im- pios non erunt,* sicut pictura versus *Prov. 17. murum nihil pulchri repræsentat &c.* Ita sunt grades huius mundi sine gratia. *P. p. 2. dif. 3. n. 9.*

Ne putes peccatores beatos esse, quia divitiis temporalibus abundant. En quam officiose fur paulo post ad patibulum du- cendus tractetur: omnes illi serviunt, succurrunt, & compatiuntur, & tamen paulo post pendebit. Sic Deus blande habet nonnunquam peccatores, interim tamen furca jam est illis parata in in- ferno. *P. p. 2. dif. 12. n. 13.*

35. Totas familias exponit periculo interitus.

Propter inobedientem Jonam omnes nauta venerunt in periculum naufragii. *B. ferm. 28. n. 11. ferm. 32. n. 44.*

Deus præcepit, ut blasphemus extra castra educeretur, & ab omni populo lapidaretur: cur a toto populo: quia solum Deum non offendit, sed etiam po- pulum, *B. ferm. 36. n. 12. ser. 37. n. 27.* Christus toti mundo vœ dicit: *Curtos*

ti? quia totus mundus mala patitur propter peccatum. B. fer. 38. n. 7. 24. fer. 74. n. 15. 16. Navicula Petri. fere perit propter Judam proditorem. M. conc. 5. aff. 1. n. 7.

S. Ambrosius ait: *Tranquillitas est, ubi solus Petrus navigat; tempestas, ubi Iulianus. In serm. in Dom. 5. das totum navigat.* Achan toti populo nocuit. Quendam mulier filiorum suorum interfecit: cursum totius navis sufflammat, eicitur e navi & perit. Nartetes Bellidax non prius vult hostem aggredi, quam sceleratus miles prius fuerit punitus. Sicut ergo Deus toti populo parcat ob merita unius iusti: ita & totum populum punit ob peccata unius scelerati: saepe etiam per istud unum peccatum impletur mensura peccatorum a Deo praesixa, & dein verificatur illud: *Perdidit peccator innocentem.* D. 10. 16.

ser. 24.

In Levitico etiam mundari praecipitur lepra domus: quae est haec lepra? est contagium, quo ex peccato vel ipsi muri inficiuntur; hinc lapides vitiosi e muro debebant erui, & si murus pergebat esse maculosus, tota domus iubebatur destrui. C. Lev. 14. v. 34. Et Lev. 13. v. 47.

36. Jungat operam Deo ad suam conversionem.

Sicut e serinio non potest eximi pecunia una clavacula, quae debet referari duabus: ita Deus non potest convertere peccatorem, nisi operam jungat. B. fer. 1. n. 37. Perdix aliena ova excludit, sed pullus cum maturefecit, genuinae matris vocem sequitur: ita peccator vocem Dei sequi debet. B. fer. 1. n. 38.

Antequam Christus suscitavit Lazarum, praecipit revolvi lapidem. Quare? quia dum Christus miracula facit, debet prius homo removere obstacula. B. fer. 40. n. 4. Mulier Chananae, dum solam misericordiam implorat: *Miserere mei*, nihil impetrat, sed dum dicit *adjuvame*, id est dum promittit, quod etiam suum conferre velit, tunc exauditur. B. fer. 49. n. 23.

Non solum sol producit in montibus aurum, sed requiruntur etiam certa dispositiones terrae: ita non solum Deus operatur conversionem peccatoris, sed requiritur etiam huius cooperatio. *Qui fecit te sine te, non salvabit te sine te.* P. p. 1. dif. 24. n. 1. Multi peccatores aspirant quidem ad suam conversionem, sed non serio, sicut Augustinus, qui rogabat quidem Deum gratiam vivendi seipsum, sed simul mectebat, necito nimis exaudiretur. Sic luxuriosus petit a Deo gratiam castitatis,

sed occasiones non vitat, contra tentationes non serio pugnat, oculos & sensus non refrinat, mortificationem exhorrescit. Sic superbus, iniustus, vindictivus, & alii peccatores vellent quidem cum Deo redire in gratiam, sed non adhibent remedia debita. *In imagine perscravit haec.* Pl. 23. Multi peccatores sicut miles tum pictis imaginibus: videmus hic depictum praelium, ubi milites gladius vibrant, sclopetum explodunt, & hoc iam per viginti annos, nec tamen ullus vulneratur, aut occiditur. Alibi S. Hieronymus saxo pectus percudit, Sanctus Franciscus flagello se cruciat: & tamen nihil fit. Sic peccator transiit in imagine! Non cooperatur Deo!

37. Magis timet poenam, quam culpam.

Peccator ita excecatur amore proprio, ut tantum attendat ad damnum, & emolumentum suum, non Dei: hinc magis absterretur a peccato per poenam, quam amorem iustitiae. Adam post peccatum tantum deploravit, *quod nudus esset*: Cain, *quod sit proscelus a facie terrae*: Saul, *quod timeret privari regno*. Judas dum audit: *unus vestrum me tradet*, dissimulavit: ac cum audit: *Va homini illi*. At Mend. Evigilavit ad poenam. B. fer. 29. n. 1. Loth intuitu incendii facilem existimabat ascensum montis, qui ipsi prius difficilis videbatur. B. fer. 29. n. 2.

To. 19.

Pilatus cum audisset hunc sermonem, videlicet, *Jesus esse filium Dei*, magis timuit. Cur timuit? nempe fuit ethnicus, & metebat ne Jesus esset forsan filius cupisiam Dei v. g. Jovis, Martis aut alterius, prout de Romulo & Aenea gentiles credebant: confirmabat opinionem Christi respondentis modestia, item asseritum illud, quod regnum suum non esset de hoc mundo: Timebat ergo ne Deum illum, cuius filius esset Jesus sibi offensum redderet, eiusque vindictam in se provocaret. Sic timuit vanam iram Dei gentilis, non peccati turpitudinem. Costerus Med. 28. de Pass. Dom.

38. Punitur caecitate mentis.

Multi peccatores, si per diuturnum tempus impune vivant, obstreperere audent monitoribus: *Peccavi, & quid accidis mihi tristes?* etc. Indignatur quidam huic securitati zelosus nonnemo conconator, Deumque invocat, ne minas sacrorum praecorum toties irritas fiat, non mirum

Eccl. 5. v. 4.

rum esse, inquit, quod Jonas recusavit Ninivitis supplicia minari, quia metuit mutata Dei sententia se pro mendace habendum. At vero non opus est diluvis, ac fulminibus; sat poena peccati est haec ipsa caecitas, qua non agnoscit peccator quod sibi triste acciderit. Haec caecitas gravior est, quam quavis poena externa, nam spiritalia supplicia graviora sunt corporalibus. In hanc rem loquitur Aug. *Siquis fursum faciens oculum perdidisset, omnes dicerent, Deum praesentem vindicasse. Oculum cordis amisit, & ei pepercisse patitur Deus.* A. 1. l. 4. n. 5. Et C. 1. Jo. c. 1. v. 6.

Ad hanc caecitatem non opus est, ut Deus peccatori fumum & nebulas immittat, sed tantum subtrahit lucem, eumque relinquit suis viribus naturalibus, quae merum nil sunt. Sic *induravit cor Pharaonis*. Segn. Manna 4. Junii n. 3.

Quaeritur, cur Divinus Iudex dicatur venturus ut fur, cum tamen tam luculenta signa iudicium sint praecessura? Respondeo, haec signa erunt successiva, non simultanea: cum igitur unum praeterit, statim iterum obliviscuntur peccatores, pergunt esse impii, & sic dies ultima illis venit, ut fur. Ita factum est in diebus Noe. Sanchez p. 8. c. 2.

Haec mentis caecitas ex eo venit, quod Deus recedat ab anima; sicut igitur non sola terra densitas noctem efficit, sed abitus solis: sic ad abitum Dei tenebrae sequuntur, ita ut homo in fide tam parum videat quam infidelis in suis tenebris. P. hom. Chr. p. 2. dif. 9. num. 11.

Maree quae saepius excitat frustra filium, tandem lumen iterum extinguit: ita Deus saepius vocans vocare desinit, ne inspirationes suas contemptus exponat. P. Hom. Chr. p. 2. dif. 9. num. 12. & seq.

Recte peccatum dicitur & est umbra mortis: 1. Quia omnis miseris fons est & causa. 2. Quia in morte & inferno, tanquam regno suo principatur. 3. Quia sicut umbra corpori; ita mors & damnatio corpori adheret. 4. Quia maxime conscientiam angit & cruciat. 5. Quod terribilissimum est, quia oblivionem Dei inducit, & vicissim a Deo oblivioni traditur. Unde S. Greg. *In umbra mortis*

S. Greg. 16. c. 20.

Peccator demersus in mundanas opes similis est talpa. 1. Talpa habet oculos, sed pellicula obductos, ut nihil videat: ita peccator mentem habet, sed cupiditatibus obductam ac caecitatem ut nihil caeli videat. 2. Talpa acutissime au-

dit: ita peccator ad mundanas fabulas, ad nova, curiosa & secerata auriti suat. 3. Talpa in terra fe detodiunt: ita carnales in mundi tenebris veluti scrobibus habitant, solemque ac lucem fugiunt. 4. Talpa infano labore terram continuo subturnit: ita peccatores infano cupiditatis aestro fudent, & laborant pro terrenis vanitatibus. C. in Ep. 2. Petri c. 1. v. 9.

Exceca cor populi huius. Caecitas pertinet ad intellectum, obduratio ad voluntatem, utraque peccatum est, & poena peccati, prout loquitur S. Aug. C. Ha. 6. v. 10.

Haec caecitas consistit in errore pratico, quo peccator iudicat, hinc & nunc peccatum praesens esse virtuti, excaecatus a praedominante passione. Haec tenebras representavit plaga tenebrarum Aegypti, quae tanta fuerunt, ut essent palpabiles &c. C. Prov. 4. v. 19.

1sa. 6.

39. In causa est, quod Gentiles non convertantur.

Gentiles, si vident a nobis frequentari Sacramenta sine emendatione, imo cum majori deterioratione, putant esse inanes caeremonias. S. p. 103. fol. 305. B. ferm. 37. §. 8.

S. Augustinus: *Qui male vivunt, & Christiani vocantur, injuriam Christo faciunt, de quoque dicitur, quod per eos nomen Dei blasphemetur.* Brev. Fer. 2. post Dom. Palm.

Cum classis Hispanica anno 1556. in Americam navigans vi tempestate in terram Floridam egesta esset, Hispani immensos auri thesauros in litus expolperunt, ac barbaris passim adventantibus obtulerunt: illi neglecto auro saccos aspportarunt, mirabilem illorum exturram admirantes. Sic ergo Hispani pecuniam, quam portare non poterant in litore reliquerunt, ubi quinque menses barbaris passim praeterentibus jacuit intacta. Postliminio Gubernator Ludovicus Valaficus misit Capitaneum Vallisagnam cum navibus, ut thesaurum illum 80000. Naviculatorum aveheret. Indicibile est, quantum Indi admirati, & scandalizati sint, cum viderunt, has naves adventisse, non alia quam pecunia aspordande gratia. Idem hodie fit, gentiles scandalum patiuntur, cum vident Christianos avaros, rapaces, aut alius vitiiis deditos. D. 1. 19. Rident cum audiant, Christianos docere, caelestia esse praeferenda terrenis, & ipsi toti quanti in mundi divitiis demersi sunt: Honores esse contempnendos, & ipsi

in altum eluctari contendunt: injurias esse condonandas, & ipsi in odia & vindictas exardescunt: carnem & sensus esse mortificandos, & ipsi molliter & delicate vivunt. Sic rident, inquam, infideles, & dogmata sanctæ fidei tanquam commenta & fabulas explodunt &c.

40. Animam vendit demoni pro nihilo.

Peccator propter pugillum hordei, & fragmen panis pro nihilo vendit animam: imo sicut Judas dicit: Quid vultis mihi dare? S. Bern. ait: Quis furar tam viles animas habere, quas etiam demon tam pretiosas habet? &c. B. ser. 2. n. 27. fer. 19. n. 12.

Qui dat pro modica delatione illud, pro quo Christus tradidit seipsum, stultum reputat Christum mercatorem, ait Augustinus. B. serm. 62. n. 33.

S. Cypri. testatur, quod multi qui post acceptum baptismum demum in gravia delicta inciderunt, frequenter a malo demone fuerint obsessi, qui jas præterdit in animam per peccatum, e qua expulsus fuit per gratiam. Uti nam, ait Melechius, sapius id contingeret, ut discedent homines agnoscere, & odisse gravitatem peccati. D. 9. 70.

Etsi pessime egit vendens primogenituram pro pulmento: verum eandem stultitiam committit peccator vendens æterna pro re temporali & peccaminosa. C. Gen. 25. v. 34.

Peccator servum se facit concupiscentiæ, puta libidinis & voluptatis; Omnis enim, qui facit peccatum, servus est peccati, ait S. Johannes. Philo scribit: Solus probus est liber; improbus enim tot dominorum servus est, quot victorum. Solus ille liber ac beatus est, qui Deo servit. C. in 2. Peti. v. 19.

41. Ludit Deum per inania propostia.

Sicut eos semper currit, nunquam tamen exit, sic in circuitu impij ambulat: verum apud hunc cotem Deus acuit ut fulgur gladium suum. B. ser. 51. n. 16.

In imagine petranstij homo. Sicut aliqua imago semper in antiquo situ permanet, etiam si currere, istum vibrare, pectus percutere &c. videatur: ita peccator semper in antiquo situ horret &c. B. serm. 7. n. 18. 19. serm. 7. n. 34. serm. 8. n. 16.

Pharao sæpius promittit, quod velit dimittere populum, nunquam promissio stetit, imo & a plagis gravissimis noluit serio liberari; cum enim rogasset May-

sen ut oraret Dominum ut auferret rannas, & Moyses interrogaret, quando vis ut orem pro te? Reposuit: Cras! cur jam non modo? hoc momento? quia sermo non egit. C. Exod. 8. v. 8.

Vult, & non vult piger, ait Sacer Proverbiales, vult, quia approbat vitæ sanctitatem: Non vult, quia non adhibet remedia: Similis Augustino, qui de seipso facetur, Cum deliberarem, ut servirem Domino Deo, ego eram, qui volebam, ego, qui volebam, nec plene volebam, nec plene volebam, ideo mecum contendebam, & dissipabar a misso. Sic peccator vult & non vult: hodie in templo est, cras in lupanari: nunc prandit cum Deo, nunc cenatur cum diabolo. Verum scias, infelix, his voluntatibus ambidextris plenus est infernus, quia ad salutem consequendam inuiciles sunt, & inefficaces &c.

Quantum confundetur peccator in iudicio, cum videbit, quod creaturæ etiam inanimatæ Mandatis Dei & Sanctorum obtemperarint! Mare rubrum precipiente Moysse usque ad fundum se divisit: Palus fluvius exundans mandante S. Sabino Episcopo in Alveum se recepit. Palos discordiarum causa inter fratres ad mandatum S. Greg. exsiccata est. C. Sap. 19. v. 7.

42. Remedia salutis convertit in suam perniciem.

Pluvia vepres & flores alit; sol indurat lutum, & ceram emollit, cibus huic stomacho venenum est, alteri nutrimentum: hæc vox Ego sum Paulum convertit, Judæos induravit. Ratio est: quia peccator indipositus est. B. ser. 51. §. 7. n. 11.

Longanimitas, qua Deus tolerat peccatorem, est remedium salutis; & tamen ea abutitur peccator, dicens: Peccavi, & quid accidit mihi triste? si ad primam blasphemiam lingua verbibus laceraretur, si ad primum sortum manus arida fieret &c. non auderet peccare: sed quoniam impunitus evasit, in malo fit audacior: nonne hoc est abuti longanimitate Dei in suam perniciem? &c. Segn. Manna 22. Junii n. 1.

Napellus & cicuta sunt herbe venenose, quæ pretiosum cali rorem convertunt in venenum, rorem, inquam, ex quaconcha marina generat margaritam. Ita peccator facit; gratias & beneficia Dei deridit in suam perniciem.

Miseri cordiæ Dei longanimitas tolerantia, plorum exempla, impiorum supplicia, conclamationum monita, confessorum

tum hortamenta, beatorum gloria, damnatorum supplicia ante oculos posita, omnia hæc sunt motiva & remedia conversionis, & tamen his omnibus peccator non movetur ad aliud, quam ut ipsius peccata semper graviora fiant. Ipsa felicitate terrena, qua Deus quasi blandientem animam ejus commovere studet, abutitur in ejus igsominiam, similis filio prodigo, qui a patre extorsit portionem substantiæ, non alius in emolumentum, quam ut ad extremam paupertatem, ipsaque peccatorum siliquis famelicus deveniret &c.

43. Cur in hac vita prospere vivat.

1. Ut Deus æstimationem adimat divitiis terrenis, quæ etiam impiis communis sunt, ait Boetius.

2. Ut impios Deus beneficiis trahat, sicut Ludimagister analectis puerum ad discendum allicit, ait Aeneas Gæzus. B. ser. 32.

3. Ut impii non habeant excusationem, se non potuisse eleemosynas facere, orphanos juvare: Ideo Christus Judæ maripulum tradidit, ait Ambrosius, ut dicere non posset, se ex inopia fuisse compulsum ad proditionem. B. lb. §. 5.

4. Ut Deus compensat aliqua bona opera, ita dixit ad Epulonem: Recepisti bona. B. lb. §. 5.

5. Ut illis tanquam instrumento utatur ad exercendos bonos: Assyrius erat minister vindictæ, ait Cardinalis Hugo. B. serm. 32. n. 45.

6. Ut servetur illius posteritas sæpe bona, & virtuosa: Abraham erat filius gentium, sibi Ezechias filius Achaz.

7. Quia aliqui sero complent mensuram peccatorum. B. serm. 32. n. 45. seq.

8. Ut offendant Deus suam vindictam, non amplius castigat: brutum sagittatur, ut ad macellum ducatur. M. conc. 23. ass. 1. n. 4. Et A. lect. 9. §. 10.

Regnum Turcicum, quod anno 636. ortum habuit, jam ultra mille annos durat, cum tamen & Scriptura sciatur, quod illæ gentes, quæ populum Dei persequebantur, post aliquod tempus perierint. Cur Turcæ tamdiu perennant? auctores dicunt; quia multa bona in sua lege habent, sunt enim erga Deum, ejusque templa religiosissimi, Christum non blasphemant, Christianis cultum locorum Sanctorum indulgent &c. Ita peccatores sæpe in hoc mundo prospere vivunt, ut illis aliqua bona opera compensentur. D. 12. 72. P. p. 2. dist. 12. n. 13.

Patriarcha Isaac Jacobum filium bene-

ditione paterna heredem constituit; indignè id ferens Esau primogenitus, quæsit: num unum tantum benedictionem habes? Et Isaac dixit: de rore cæli & de pinguedine terræ fit benedictio tua. Ita Deus facit, peccatoribus temporalem saltem dat felicitatem, dum eos ab æterna excludit.

44. Necesse hominibus iustis.

Joseph fratres suos in Ægypto dure habuit, exploratores vocavit, tribus diebus incarcerationis: Quid hoc? nonne Ruben erat innocens? Corn. a Lapide respondet: Ruben etiam erat innocens a venditione Joseph, quia tamen commixtus erat cum fratribus noventibus, hinc & asfiguratur cum eis. B. serm. 38. n. 12.

Daniel erat captivus in Babylon propter peccata populi. B. lb. n. 13. Vide Titulum: Navico iustus.

Navico Petri fere mergitur propter Judam: Loth innocens punitur propter consortium Sodomitarum: Abraham nullam benedictionem accipit quæmvis est inter Chaldæos. M. conc. 5. ass. 1. f. 59.

Propter Judam periclitatur integra navis Apostolorum: quod impii perperant, etiam boni luere debent. Paoletti Dom. 4. post Epiphaniam.

Isue Bellidux semper contra inimicos victor, subito a Deo derelictus est, ita ut ter mille armati, quos obsidioni admovit, videri & in fugam acti sint. Unde hæc derelictio? Ex eo, quia unus militum, nomine Achan, de spolio urbis Jerichuntine, contra mandatum Dei, sibi aliquid proprium fecit, prout exponit S. Augustinus.

Isaac non minus fuit Sanctus, quam Pater ejus Abraham, & tamen illi Dominus non æque quam Patri ejus apparuit, imo nec in ipsa morte, & sepultura parentis ipsi solatium submisit. Quare non? Scriptura innuit causam: Sæpe viderunt illum Isaac, & Ismael filii sui. En! peccator Ismael causa fuit, propter quam Deus justo Isaac suam benedictionem fabricavit. B. serm. 37. n. 24.

S. Chryostomus sacrificia celestis visiones, quibus alias fruebatur, subtrahunt, propter incavos aspectus Diæmoni assidentis &c.

45. Nullam benedictionem Divinam habet.

Primum quinta die Deus benedixit avibus, & piscibus: cur non jam antea benedixit aliis creaturis? Respondet Ailredus:

Gen. 23.

Corn. a Lap. vii.

Gen. ser. 37. n. 24.

S. Hieron. Tom. 1. dicit 23. Jan.